

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS
ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERÛT MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM
DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS
MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET
TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATE-
RIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO
AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS,
STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE,
LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆ-
SERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO,
QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM
OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ

SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS
QUARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM
NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRÆTÛM EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM
IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE
PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEBUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVII.

LEO DIACONUS. ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: AVENUE DU MAINE, 208.

1894

30

Glichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, via dicta Bas-d'Asnières. 240.12.93.

BRLO
P4
v. 117

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

LEONIS DIACONI

HISTORIA

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANGÆ ACAD. INSCRIPT. SOCIJ, ETC.

PRÆMITTITUR

MENOLOGIUM GRÆCORUM

BASILII PORPHYROGENITI IMPERATORIS JUSSU EDITUM.

ACCEDUNT

*HIPPOLYTI THEBANI, GEORGIDIS MONACHI, IGNATHI DIACONI, NILI CUJUSDAM,
CHRISTOPHORI PROTOASECRETIS, MICHAELIS HAMARTOLI, ANONYMI,*

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri Universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES

IN VIA DICTA : AVENUE DU MAINE, 208.

1894

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVII CONTINENTUR

BASILIVS PORPHYROGENITVS IMP.

Menologium Basilianum, ex editione cardinalis Albani. col. 9
Basilii imp. novellæ Constitutiones. 613

LEO DIACONVS CALOENSIS.

*Præfatio D. Caroli Benedicti Hasii, Instituti Franciæ Academiæ Inscriptionum
socii, etc., ad Leonem Diaconum.* 686
Leonis Diaconi Historiæ libri decem. 685

ANONYMVS.

De velitatione bellica Nicephori Augusti, ex editione D. Caroli Benedicti Hasii post
Leonem Diaconum. 925
Excerpta ex historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocæ et Joannis
Tzimiscis, ex editione Christiani Lassenii. 1007

HYPPOLYTUS THEBANVS.

Fragmenta ab Andrea Gallandio collecta. 1025

GEORGIDES MONACHVS.

Gnomologium. 1057

IGNATIUS DIACONVS.

Drama de primi parentis lapsu. 1163
Versus ad Paulum discipulum suum. 1173
Iambi alphabetici. 1175

NILVS.

Versus alphabetici. 1177

CHRISTOPHORVS PROTOASECRETIS.

Exhortatio duplex ad Israelitas. 1179

MICHAEL HAMARTOLVS.

Epistola ad Tyri præsulem. 1185

ANONYMVS.

Versus politici catanuctici juxta alphabetum ex parte animæ dolentis ad Salvatorem. 1186

SUIDAS.

Indices tres Lexicon Suidæ compendiose representantes. 1193

256423

Универсальный фонд

SANCTISSIMO DOMINŌ NOSTRO

BENEDICTO XIII PONTIFICI MAXIMO

ANNIBAL TITULI SANCTI CLEMENTIS PRESBYTER CARDINALIS ALBANUS

S. R. E. CAMERARIUS, ET BASILICÆ VATICANÆ ARCHIPRESBYTER,

PERENNEM FELICITATEM.

Basilianum Menologium, cujus alteram semestrem partem Clemens undecimus Sanctitatis Tuæ decessor in ipso adolescentiæ flore ex Græco vetustissimo codice monasterii Cryptæ Ferratæ descriptam ab interitu vindicatam Latinitate donaverat, tuis, BEATISSIME PATER, auspiciis in publicam eruditorum hominum utilitatem evulgatur. Et jure quidem meritoque. Ipsa enim sanctorum Acta in magni imperatoris usum jam olim collecta, tuum sibi nomen præscribere gestiunt, tibi que gratulari videntur, quod summus Ecclesiæ magister ex hac innocentis ac sanctitatis disciplina prodieris; quodque ab ineunte ætate sacris rebus addictus, iisque exercendis toto fere vitæ spatio occupatus, inter maximas apostolicæ dignitatis curas hanc præcipuo loco habeas, aliosque habere peroptes, ut sacræ antiquitatis cognoscendæ illustrandæque studium in dies augeatur. Neque vero casu accidisse existimo, ut opus jamdudum absolutum, preloque multis ante annis destinatum, nunc tandem typis Urbinatibus, quos summa beneficentia complexus es, in lucem prodire potuerit cum octo spectatissimi Ecclesiæ nostræ Romanæ alumni, virtutibus atque miraculis insignes, sapientissimo Beatitudinis Tuæ judicio in sanctorum canonem relati sunt. Hoc enim Græcam Ecclesiam decebat, ut matrem filia sequeretur; quæque novos sanctos, quos proferat, non habet, antiquos saltem ex toto Oriente in unum volumen collectos exhiberet, simulque testaretur, feracissimas fuisse sanctorum omnis ætatis, ordinis, atque conditionis orientales terras, cum Romano pontifici parerent, perque operarios idoneos colerentur. Quo igitur patrocinio, sanctissime Pater, hanc expectatissimam editionem complectere, in qua dum decessoris tui Clementis undecimi primos studiorum fructus publici juris facimus, tua plane studia repræsentamus, qui a puero religionis litterarumque exercitationibus animum applicuisti. Hoc insuper enixis assiduisque precibus Deum Optimum Maximum rogamus, ut Græcorum Ecclesiam cum Romana matre sua conjungens, in eum statum Benedicto XIII pontifice maximo illam restituat, qui Benedicto septimo sedente tum erat, cum Basilius Porphyrogenitus imperator Menologium istud in suum usum describendam curavit.

TYPOGRAPHUS CANDIDO LECTORI *.

Menologium Basiliæ Porphyrogeniti imperatoris jussu descriptum, pictisque sanctorum imaginibus ornatum, qua parte vicos temporum, barbariæ neglectum, et communia librorum fata vitare poluit, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum fuit: deinde apud Sfondratorum gentem servatum, et a Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfondrato sibi dono datum, Paulus V pontifex maximus bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ addixit: idem summis eruditorum hominum laudibus celebratum, et votis expetitum, nunc demum in publicam lucem prodit.

Dolebant quidem docti viri tandiu latere præstantissimum codicem, quo nihil esset ad excitandam Christianam pietatem, ad confirmandam orthodoxæ religionis veritatem, ad ecclesiasticam antiquitatem sacrarumque rerum historiam illustrandam conducibilis; nihil denique nostra ætate gratius litteratis hominibus ad ejusmodi studia cum insigni Ecclesiæ sacræque criticæ fructu certatim incumbentibus, Enimvero curiosis piisque eorum studiis satisfacere utcumque conati sunt de ecclesiastica Græcorum eruditione optime meriti Leo Allatius, et Petrus Arcudius. Ille enim in *Dissert. de libris ecclesiasticis Græcorum*, § 12, codicis ætatem, præstantiam fortunamque scripto persecutus est. Arcudius vero eundem Latine vertit, ejusque interpretationem apud Ferdinandum Ughellum *Italiae Sacræ* tom. VI typis impressam legimus. Verum Allatius scri-

* Prodiit editio Menologii Urbini MDCCXXVII, 3 vol. fol., miro typorum splendore ornata.

plis suis exposita codicis raritate, curiosorum desiderium auxit; et Arculii interpretatio haud satis accurata, Græci textus necessitatem lectoribus ostendit; in hujus præsertim ætatis et criticæ artis luce, quæ ex interpretationibus ad consulendas, textus magis accenditur. Itaque cardinalis Joseph Maria Thomasius, morum sanctitate et sacra eruditione deleberimus, cum ejus thesauri pretium optime nosset, curas suas ad illum vulgandum contulit: quod assiduis votis optaverat; fecissetque, nisi virum eximium in clericorum regularium ordine tunc agentem, voluntate institutoque pauperem, impensarum magnitudo deterrensset. Codicis enim dignitatem supra cæteras laudes commendant quadringentæ ac triginta imagines ab illustribus Basiliani ævi artificibus minio depictæ, quæ sanctorum martyrum, confessorum, sacerdotum, monachorum, virginum, mulierum, tortorum, tyrannorum, judicum, vestes, arma, sedes, ornatus; necnon ædium, templorum, tribunalium, structuram, formam, apparatus, oculis exhibent: in quibus ære incidendis et excipiendis non modica vis auri fuisset impendenda.

Sed Clementi XI, pontifici maximo, hæc laus reservabatur, ut publicam rem faceret, quæ hæctenus magnorum principum fuerant pretiosa cimelia: cujus providentia codicem quovis auro cariorem, vetustate tamen jam fatiscentem, et picturis prope fugientibus obsolescentem, in pristinum ornatum restituit; cujus sumptibus tabulæ omnes exceptæ fuissent, nisi mors intercessisset. Inchoato operi supremam manum imposuere ejusdem successores Innocentius, et Benedictus XIII, quorum ille dum præclarum antiquitatis monumentum munificentia sua complectitur, in vivis esse desiit; hic non tabulas modo perfecit, sed elegantissimos etiam Græcos typos ad procurandam editionem liberaliter suppeditavit.

Illud tamen supererat, ut jactura alterius partis, quæ jam olim misero intercidit, ad integritatem optatissimi operis utcumque resarciretur; et adjectis ex aliquo non inferioris ævi manuscripto codice sex posterioribus mensibus, sanctorum si minus tabulas, Vitas saltem per integrum anni circulum digestas, absolutumque Menologii corpus acciperent sacrarum rerum studiosi. Hoc autem subsidium a domestica etiam Clementis XI manuscriptorum bibliotheca, lectissimis omnium linguarum monumentis locupletissima, imo vero ab ipsis illius schedis, atque a primis adeo ejus pueritiæ exercitationibus impetravimus. Is enim vix annum ætatis decimum septimum egressus, ex vetustis codicibus monasterii Cryptæ Ferratæ alteram illam Basiliani Menologii partem, quam periisso litterati viri dolebant, a se inventam, sua manu Græce descriperat, et accuratissima interpretatione Latinam fecerat: quam etsi modestia ejus plane singularis diuturnis tenebris oppresit, publica tamen utilitas diutius latere non patitur. Mutilo igitur operi semestrem alteram partem illius diligentia conservatam Latineque redditam adjungimus; ut partim ab interitu creptum, partim e tenebris erutum, partim Latinitate donatum, immortalis ejus nomini posteritas acceptum referat.

Bollandiani socii eruditissimæ adolescentis laboribus aliquot collectionis suæ menses locupletarunt, Græca sanctorum gesta ad calcem Martii, Aprilis, Maii, et Julii, ex commentariis Albanis adjicientes. Etsi autem Latinas eorumdem mensium, simul et Junii atque Augusti, interpretationes idem Clemens XI confecit; in ipsius tamen schedis, quæ supersunt, Aprilis tantum et Maius integri; Martii priores viginti; Junii ac Julii aliquot dies Latine versi, propriaque ejus manu exarati conspiciuntur: reliqui quorsum cesserint, quove fato aut delitescant aut interierint, incompertum. Monachi Baciliani Cryptæ Ferratæ Augustum mensem, qui ex Albano apographo exciderat, aliquot foliis mutilum, ex eodem autographo Græce, recentioribusque Menologiis Græce supplentes. Latinam ejusdem versionem adornarunt. Cæteros Martii, Junii ac Julii dies e Græco sermone Latinos fecit P.) Petrus Benedictus e Societate Jesu, Syrus Maronita, vir Latinis, Græcis, Hebraicis, Syriacis, Arabicisque literis excoltissimus, qui ejusdem Clementis XI jussu, martyrum etiam Persarum historiam ab antiquissimo Syro scriptore exaratam, aliorumque sanctorum res gestas in præstantissimis codicibus Syriacis descriptas, quos idem pontifex ex Orientis latebris eductos, una cum pluribus aliis linguarum orientalium selectis manuscriptis, in bibliotheca Vaticana ad communem utilitatem dedicavit, in Latinum sermonem convertit, easdemque typis propemodum edendas expectamus.

Quam vero Petri Arculii nomine Ughellus vulgavit priorem semestrem Menologii partem, a cl. v. Josepho Simonio Assemano sacros, basilicæ Vaticanæ presbytero beneficiato, qui eosdem codices orientales in bibliotheca Clementino-Vaticana recensuit, castigatam novaque propemodum interpretatione donatam edimus: a Græco enim textu quam longissime distabat, quemadmodum facta collatione perspicuum redditur: multa siquidem ab interprete perperam adjecta vel prætermissa; quædam alio prorsus, quam textus patitur, sensu exposita; corrupta alicubi sanctorum etiam nomina; ubique demum paraphrasim potius, quam fidelem versionem cernere est: adeo, ut genuinum Arculii viri Græce Latineque doctissimi fetum esse, eruditi vix crederent, nisi Ughellus id affirmaret.

In altera semestri parte, quam, ut supra dictum est, Clementi XI debemus, avulsis ob codicis vetustatem nonnullis foliis, dies aliquot desiderantur: nimirum Junii IX, X, XI, Augusti IV, XIII, XIV, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Eos ex Menæis excusis descriptos Latineque versos adjicimus.

Sanctorum imagines, ut in autographo Vaticano conspiciuntur, sic ad vivum ære incisæ damus: sunt enim pretiosa antiquitatis momenta, etsi ab arte pingendi nonnihil recedunt, Pictorum autem nomina,

quæ ad marginem singularum imaginum in eodem autographo exstant hæc sunt : *Pantaleo Simeon, Michael Blachernita, Georgius, Menas, Simeon Blachernita, Michael parvus, Nestor*. Eandem in hujus editionis margine quadringentes ac trigesies repetero, nullius operæ pretium duximus.

Menologio præmittimus testimonia virorum illustrium de utraque ejus parte : ex quibus constat primo Basilium imperatorem, cui Menologium tribuitur, non Macedonem esse, qui anno Christi 886 imperium tenebat, ut card. Baronius existimavit ; sed Porphyrogenitum, qui sæculo integro posterior Macedone fuit : quod Allatius et Ughellus demonstrant. Secundo, semestrem alteram partem, cujus initium a mense Martio ducitur, quamque Bollandiani socii in monasterio Cryptæ Ferratæ repertam dicunt, a Joanne Francisco Albano iis Græce Latineque transmissam fuisse ante annum Christi 1668 quo mensem Martium ex Basiliano Menologio edidere, quemadmodum Joannes Ciampinus in Diario anni 1676 testatur,

Subjungimus Græcam Petri Possini e Soc. Jesu ad eundem Joannem Franciscum Albanum epistolam scriptam die 26 Decembris anni 1661, ex qua palam fit, præclarum adolescentem ineunte anno ætatis terfidecimo (natus enim fuit mense Julio anni 1649) in Græcæ linguæ studio usque adeo profecisse, ut non solum pure emendateque, sed elegantier etiam ornateque litteras ea lingua conscribere.

Ut opus in duas partes divideretur, Græcus textus in binas semestres distributus postulare videbatur. Verum quia priorem partem quadringentæ ac triginta sanctorum imagines duplo majorem posteriore efficiunt ; Menologium in tres partiri necesse fuit, quarum pars prima Septembrem, Octobrem ac Novembrem ; altera Decembrem, Januarium et Februarium ; tertia reliquos sex anni menses complectitur.

Illis fruire, amice Lector ; editionemque eminentissimo ac reverendissimo domino Annibali tit. S. Clementis presbytero cardinali Albano S. R. E. camerario, et basilicæ Vaticanæ archipresbytero, Clementis XI fratris filio de republica litteraria optime merenti, acceptam refero, cujus consilio, studio, sumptibus in tuum commodum cedit.

DE MENOLOGIO BASILII IMPERATORIS

VIRORUM ILLUSTRIORUM TESTIMONIA.

Card. Baronius ad annum 886 de Basilio Macedone imp.

Ad eundem Basilium rursus spectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quod scribendum curavit, et augendum Græcorum Menologium ; quod etiam exornavit imaginibus, quibus singulorum exprimerentur certamina. In cujus fronte ejusmodi scriptum invenimus iambis versibus epigramma in scripto codice Vincentii Pinelli Patavio ad nos Ferrariam, cum illic essemus cum pontifice, misso.

Basilius imperator hujus climatis

In pace præstans, atque rebus bellicis.

Et pellibus pactum, sequens ex ordine

Pulchras fereas imagines ut sideras.

Exstat autographum ipsius Basili volumen imaginibus magni pretii decoratum per dies singulos, singulosque sanctos, de quibus mentio habetur in versibus. Vidimus et legimus nobis concessum a Paulo Sfondrato Sanctæ Cæcilie cardinali, nepote felicis memoriæ Gregorii papæ decimi quarti.

Leo Allatius in dissertatione de Libris Ecclesiasticis Græcorum, § 12.

Menologia non alia sunt (et erit duodecimus liber) quam quæ Latinus *Martyrologia* vel *Kalendaria* dixerit, nec aliud in illis habetur nisi vel sanctorum vitæ quolibet die per totum annum summatis expositæ, vel quorum vitæ non habentur commemoratio, nullaque ibi aut officii ordinandi, aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissime Menologiorum horum partem, eamque non minimam in Menæis inter Canones post odam sextam esse digestam, ut sice alterius libri ope, qui officium in ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrantiorum sanctorum historiolas et commemoraciones legati. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit ; aliud quippe est quod nobis Latine tantum ex versione cardinalis Sirleti, Canisius in Antiquis Lectionibus representavit : aliud quod separatim hinc inde manuscriptum adhuc in bibliothecis, et Barberina potissimum, quod et antiquissimum est, asseratur : quæ nec omnia sibi invicem respondent : aliud quod in Menæis Græcorum insertum est : aliud quod post divinas Horas, Evangelium, Apostolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, et in linguam Græcorum vernaculam versum a Maximo Margunio Cytherorum episcopo edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529, in-4.

Baronius, anno Domini 886, refert Basilium Macedonem imperatorem Græcorum Menologium scribendum curasse et augendum, atque etiam imaginibus exornasse, quibus singulorum sanctorum exprimerentur certamina : cujus ipsam autographum vidimus, et legimus concessum nobis a Paulo Sfondrato S. Cæcilie cardinali, nepote Gregorii papæ XIV. Menologium hoc, auro gemmisque pretiosius

Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum, Ludovico vita functo, Joannes Baptista Francisci Sfondrati, cardinalis parens, avusque Nicolai Sfondrati cardinalis, in arbitrio ac potestate habuit, quemadmodum monumenta alia, maximæque æstimationis scripturas ejusdem Ludovici, apud quem Baptistæ auctoritas plurimum pollebat, ut ex diversis legationibus, quas ille ob gravissima negotia apud omnes fere principes Christianos, Innocentium nempe VIII, Carolum Galliæ, Ferdinandum et Elisabetham Hispaniarum, Ferdinandum Neapolis et Siciliæ regem, et tandem rempublicam Venetam, ubi et mortem obiit, colligere possumus. Postmodum a Paulo Sfondrato cardinali dono acceptum Paulus V in bibliothecam Vaticanam invenit, et præfixa incipitiōne significavit.

Paulus V pontifex maximus hunc librum Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani duce[m] allatum, deinde servatum apud Sfondratorum familiam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato sibi dono datum, in bibliothecam Vaticanam inferri fussit anno 1615 pontificatus xi.

Liber unam tantum Menologii partem, quando sex tantum mensibus, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre, Januario, et Februario absolvitur, continet. Altera quibusnam caveis addicta lateat, incertum est, et utinam non communem sortem librorum passa, igne vel ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum manibus, elementorum etiam injuria, in luce esse desierit. Scriptus est in folio grandi pergamento aßabre perpolito, licet ætate jam victa aliquantulum subluriðo, forma quasi quadrata, characteribus elegantissimis, nusquam pro illius atramenti facultate, quod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales quas vocant litteras, auro efformantur, singularum pagellarum pars superior nominis sanctorum illius diei repræsentat, alterius dimidia scripta compendio sanctorum gesta, altera imaginibus coloribusque non indiligenter, et pro eo tempore satis eleganter, sub oculos ponit. Picturam recentiores miniaturam vocant: neque enim oleo, sed aqua gummiq[ue] colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoque nec unius omnes conditionis, sed una altera concinnior, accuratior, et ad artem accommodatior excellit, et ne ἀδίσποτοι palarent, pictor quilibet imagini a se depictæ in margine libri nomen expressit. Pictorum nomina sunt, *Pantaleo, Michael Blachernita, Georgius, Simeon, Michael parvus, Menas, Nestor, Simeon Blachernita*. Imagines ita disponuntur, ut una alteri adversæ non respondeat, sed litteris et sanctorum Vilis: quare nunc superiorem partem paginæ, quando alterius superior pars scriptionem refert, nunc inferiorem, quando alterius inferior describita est.

Quando liber nunc scriptus sit, divinare non possumus: abhinc tamen anno 662 scriptum, videntur iudicare qui operi præsiguntur iambi. Hi vero sunt.

Ἐνταῦθα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων, etc.

Ex versione Joannis Argoli.

*Considera probe oculis hic, o qui aspicias,
Ex rebus optimis opus certe optimum,
Dei, inquam, opus pulcherrimum mentem impetens
Visu creata cuncta delectans merito,
Ut namque supra rex poli summi artifex
Cælum choreis condecorans clarum igneis,
Quod pellis instar vocis explicuit sono,
Munus irradiat sapiente providentia;
Infraque ut ipsum moribus splendens paribus
Terræ plagas lotius, et rex purpuræ
Basilium, filiusque duplici potens
Fama, triumphis scilicet, sermonibus, etc.*

Et hoc est Menologium Baronio visum, nec abnuo; studio, jussuque Basilli imperatoris descriptum, exornatumque imaginibus, nisi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum et Basilium hunc Macedonem fuisse: ex iambis enim hic Basilium Porphyrogenneta asseritur: ἕναξ ὄλης γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας βασιλεῖος, τὸ θρέμμα τῆς ἀλουργίδος, *Imperator terræ universæ, sol purpuræ Basilium et alumnus*. Id de Macedone dici non potest, cum neque Porphyrogenneta fuerit, nec imperator patre natus sit, neque adultus. Zonaras in Constantino Duca, Τὴν μὲν βασιλείαν αὐτοῦ καταλείπει τρισὶν υἱέσιν, etc. *Imperatorem tribus filijs reliquit, quorum duos, Michaelē et Andronicum Eudocia privato adhuc, Constantinum vero imperanti pepererat, cum et ipsa Augusta appellata esset. Unde hic solus Porphyrogenitus fuit, ac statim præ cæteris imperii insignibus adornatus*. Ex eo nempe Porphyro genitorum nomen emersit, ut qui imperante patre nasceretur, sive in thalamo Porphyræ dicto, sive purpura obvoluti, Porphyrogennetæ dicerentur. Herodianus hist. lib. 1, de Commodo Marci imperatoris filio: Ἐδωκε δὲ μετ' ἐκείνου, etc. *Nunc ne post Marcum patrem vobis fortuna principem dedit, non quidem ascititium, quales ante me fuerunt, neque veluti acquisito imperio glorientem, quippe unus ego vobis natus, educatusque in aula, non quidem privatis obvolutus fasciis, statim me ut ex alvo prodieram, imperatoria purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit, et principem*. Et Themistius orat. 8, de Valentino Gratiani imperatoris fratre: Πρῶτος γὰρ δὴ τῶς τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐπαργαυῶθης ἐν ἀλουργίδι, *Primus autem tunc inclytæ domus purpureis obvolutus est fasciis*. Dicitur tamen de Basilio Juniore, qui circa annum Domini 977, cum Constantino Porphyrogenneta imperium tenuit.

Ferdinandus Ughellus, Italix sacræ tom. VI, pag. 1049 et seq.

Menologium Græcorum jussu Basilii Junioris imp. Constantinopolitani ante annum Sal. 984 conscriptum, et ad fidem membranacei codicis Vaticani a Petro Arcudio Corcyrensi V. C, Latine versum, nunc primum edidit Ferdinandus Ughellus (*Anno scilicet 1659*).

Liber iste Græcus, cujus hic versio Latina habetur, jussu olim Basilii Porphyrogennetæ Junioris imp. ante fere annos 684 conscriptus fuit, ipsorumque, quorum in eo elogiis celebrantur, divorum imaginibus ornatus, asservatur in Vaticana pontificis maximi bibliotheca: de quo vir cl. et eruditissimus Leo Allatius in *dissert. prim. de lib. Eccl. Græcorum* scribit in hæc verba: « Menologium hoc auro gemmisque pretiosius, Constantinopoli ad Ludovolum Sfortiam satis munifice advectum. » *Cætera ut supra apud Allatium usque ad finem. Pergit Ughellus:*

Hæc Leo. Sed quod magis arguit Menologium hoc scriptum fuisse Basilii Junioris jussu, est, quod in eo fit mentio ad 17 Kalend. Januarii sanctæ Theophanonis, uxoris primæ Leonis imperatoris, Basilii Macedonis filii, aliorumque sanctorum, qui longe post Basilium Macedonem vixerunt. Cæterum cum penes me esset ipsa Arcudii versio originalis, placuit in gratiam rerum ecclesiasticarum amatorum hic eam exhibere, Tu interim, candide Lector, utere et vale.

Bollandiani socii in Actis sanctorum tom, I Martii, pag. 861.

Integre habere curavimus præclariora duo Menologia; quorum unum ex collegio societatis nostræ Claromontano Parisiis accepimus mutuo; alterum partim ex mss. monasterii Cryptæ Ferratæ in Latio; partim ex Bibliothecæ Vaticanæ codice transcribi jussimus. Atque hoc postremum illud est, cujus primam partem elegantissime descriptam a Paulo S. Cæcilie cardinali Sfondrato, Paulo V, pontifici maximo, dono datum, et a Petro Arcudio Latine redditum, *Italix sacræ tom, IV*, sublexit Ferdinandus Ughellus: questus alteram latere incertum quibusnam in caveis, aut communi forte librorum sorte, igne aut ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum, vel elementorum injuria destitisse. Verum non latitantem in caveis; sed ad divini officii usum tot quot ipsa complectitur mensibus a Martio ad Septembris initium servientem, reperimus in prænominato monachorum Basilianorum monasterio: non quidem pari characterum elegantia et picturarum ad singulas paginas deliciis exornatam (qualem in Vaticano esse, sicut audivimus, legimusque, sic et vidimus), sed antiquitate fide nihilo inferiorem, eundemque Basilii imperatoris titulum præferentem: ut hanc Vaticanæ illius partis si non germanam alteram, ab eadem manu velut utero prognatam, certe genitam ex patre atque auctore eodem, tum cæteris iudiciis, tum styli perfectissima similitudine, nihil hæsitantes crederemus. Ex hac igitur mensem primum, id est, Martium hic damus in specimen Menologiorum cæterorum omnium. Est enim cæteris quæ vidimus omnibus illustrior hæc collectio, auctoritatisque majoris; eo quod non privato alicujus arbitrio compilata, sed in publico Ecclesiarum Constantinopolitanarum usu fuisse videatur: cum jussu Basilii imperatoris Porphyrogeniti ante annum salutis 984, esse exarata cognoscatur. An prima in hoc genere? non audentes divinando asserere: nedum definire, quanto sit Menologiorum usus in Ecclesia Græca sæculo jam nominato anterior, etc.

Synaxarium ex Menologio jussu Basilii imperatoris collecto, cujus sex postremi menses exstant manuscripti in monasterio Cryptæ Ferratæ in Latio, etc.

Joannes Ciampinus, in libro cui titulus, Il Giornale de' Lettèrati, editio Romæ anno 1676, in primo Diario mensis Aprilis ejusdem anni, cum Acta sanctorum Aprilis collecta et illustrata a Godefrido Henschenio, et Daniele Popebrochio Soc. Jesu retulisset, de Græcorum Menologio hæc subjungit pag. 8:

Ma sopra tutto, a questo proposito non è da tacersi come in quest' opera si rapporta per estensum l'originale Greco del mese di Aprile di un antichissimo Menologio trovato nel monasterio di Grotta Ferrata. Contiene questo i Santi di soli sei mesi, cominciando da Marzo fino a tutto Agosto; ma la mancanza de'gl' altri sei non toglie, anzi accresce il preggio del ms., poiche nella Vaticana si conservano a punto quegli' altri sei mesi, che mancano per rendere l'anno intiero, fatti scrivere d'all' imperadore Basilio Porphyrogenito Juniore, e traslatati dal Greco da Pietro Arcudio. Non si era di tutta questa nuova parte havuto per l'addietro notizia veruna: onde Monsignor Leone Allazio la crede del tutto smarrita, e l'Ughelli, nel fine del sesto tomo dell' Italia Sacra, ove rapporta la traduzione delli sei mesi del Menologio Vaticano, si duole anch' esse dello smarrimento di si bella memoria. Molto perciò si deve al Signor canonico GIOV. FRANCESCO ALBANI, poiche egli trasmise agl' autori la tralazione Latina di quest' ultimo ms. et attesta essere in tutto somigliante, nel carattere, nella forma e nella frase, al Vaticano.

Petri Possini e Soc. Jesu Epistola Græca ad Joannem Franciscum Albanum scripta Romæ die 26 Dec 1661.

Εὐγενεὶ καὶ Φιλομούσῳ μειρακίῳ Ἰωάννη Φραγκίσκῳ
τῷ Ἀλβάνῳ, Πέτρος Ηοσσίνος ἐκ τῆς ἑταιρείας
τοῦ Ἰησοῦ, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Θαυμάζω σε τῆς εὐφυλίας καὶ φιλοπονίας, αἵς
ἐγκείμενος εἰς μελέτην τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, εἰς
τόσων προβίδηκας, ὥστε οὐ καθαρῶς καὶ ἀμέμπτως

*Nobili ac studioso adolescentulo Joanni Francisco
Albano, Petrus Possimus Soc, Jesu S. P. D.*

Admiror egregiam indolem ac solertiam, qua in
Græcæ linguæ studium incumbens usque ad
profecisti, ut non solum pure emendateque, sed et

ganter etiam ornateque litteras ea lingua conscribas. Qua de re ita tibi gratulor, ut de amicorum felicitate et recte factis convenit gratulari. Moneo quoque et hortor, ne a tam præclaris initiis absistas, neque illustrium parentum spem bonam fallas; sed longanimitate et laboris patientia ad gloriæ, quam appetis, verticem evadas. Novum annum, quem propediem, Deo dante, iniri sumus, felicissimum tibi adprecor. Et quoniam veteri more solemne est circa Januarias Kalendas munera mittere, pro munusculo aureum hoc Gregorii Nazianzeni tetrastichon mitto:

*Sermone inertis præstat elinguis labor.
Nam nemo rebus gestis absque claruit,
Sed absque verbis multos facta sublevant,
Non est loquentis, verum agentis gratia.*

Vale, amicissimum caput.

Romæ vii Kal. Januar. MDCLXI.

A μόνον, ἀλλὰ κοσμίως τε καὶ καλλιγράφως ἐπιστέλλειν ἐκέλευε τῇ διαλέκτῳ. Ἐγὼ γοῦν ἐπὶ τῷ γε συνήδομαι, ὅσα πρέπει συνίδεσθαι ἀνδραγαθήμασι καὶ προτερήμασι τῶν φίλων· παραινῶ δὲ ἅμα καὶ παρακαλῶ μὴ ἀτελεῖς καταλιμπάνειν οὕτω λαμπράς ἀρχάς· μὴδ' ἀπατῶν χρηστάς ἐλπίδας τῶν σεμνῶν γονέων· ἀλλ' εἰς τῆσδε τῆς ἐρασθείσης σοὶ δόξης φθάνει τὴν κορυφὴν διὰ μακροθυμίας καὶ φερπενοίας. Εὐχόμεθα σοὶ εὐτυχέστατον τὸν νέον ἐνιαυτὸν οὐ μὲθ' ὕστερον, Θεοῦ γε δόντος, ἐπιβήσομεν· καὶ ὡς ἐστὶ πάλα νόμιμον δῶρα πέμπειν τοῖς φίλοις ἀμφὶ τὴν νομηνίαν τοῦ Ἰανουαρίου, ξενίου δίκην χρυσοῦν Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ προσάγω τετράστιχον.

B Ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου. Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχρα, Λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφομένου· Οὐ γὰρ λαλοῦντων, εὐ βιούντων δ' ἡ χάρις.

Ἐβῶσο, φιλαττη κεφαλῇ.

Ῥώμηθεν, ἕκτη φθίνοντος Δεκεμβρίου, ἔτει αχζά.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS PRIMA

A MENSE SEPTEMBRI AD NOVEMBREM.

1 Hic nunc specta recte qui vides,
Optimum opus ex optimis rebus :
Opus Dei pulcherrimum, in stuporem rapiens
[mentes :

Opus delectans omnem merito creaturam.
Supra enim ipse, ut Deus et Dominus,
Astrorum choreis depingens cælum,
Quod, tanquam pellem, extendit verbo,
Mundum illustrat sapientissima providentia
Qui autem hunc modis exprimit,
Rex totius terræ, sol purpuræ,
Basilium fasciarum alumnus,
Præstantissimus in utroque; tropæis, et verbis;
Tanquam alterum certe cælum, faciens librum,
Ex pellibus extensum, uti se habet natura,
Ferentem, velut luminaria, venustas figuras,
Primum quidem ipsius Dei hominis Verbi;
Deinde Matris, quæ sine semine genuit;
Sapientumque, prophetarum, angelorum, archan-
[gelorum ;

2 Orthodoxorum omnem laetificat mentem :
Delectat simul omnem jucunditate visum.
Sed quos quidem effluxit coloribus
Inveniat auxiliatores omnes in negotiis,
Conatumque adiutores, commilitones in pugna.

C Ἐνταῦτα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων,
Ἄριστον ἔργον ἐξ ἀρίστων πραγμάτων.
Ἐργον Θεοῦ κάλλιστον ἐκπληττον φρένας·

Ἐργον τὸ τερπου πᾶσαν εἰκότως κτίειν.
Ἄνω γὰρ αὐτὸς, ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης,
Ἄστρον χορείαις ζωγραφήσας τὸν πόλον,
Ὅν, ὅσα δεξέριον ἐξέτεινε τῷ λύγῳ,
Κόσμον δαδουχεῖ πανσόφῳ προμηθίᾳ·
Ὅ δὲ τοῦτον εἰκονίζων τοῖς τρόποις,
Ἄναξ ὄλης τῆς γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας,
Βασιλεῖος, τὸ θρέμμα τῆς ἀλουργίδος.
Κράτιστος, ἄμφοιν, καὶ τροπαίοις καὶ λόγοις,
Ὡς ἄλλον ὄντως οὐρανὸν τεύξας βίβλον,
Ἐκ δεξέριον ταθεῖσαν, ὡς ἔχει φύσις,
Φέρουσαν ὡς φωστῆρας ὠραίους τύπους·
D Πρῶτον μὲν αὐτοῦ τοῦ Θεοκνηρώπου Λόγου,
Ἐπειτα Μητρὸς τῆς τεκούσσης ἀσπύρωσ·
Λοφῶν, προφητῶν, ἀγγέλων, ἀρχαγγελων,

Τῶν ὀρθοδόξων πᾶσαν εὐφραίνει φρενα·
Τερπεὶ δὲ πᾶσαν τερπνότητι καὶ θέαν.
Ἄλλ' οὐσπερ εἰκότισεν ἐκ τῶν χρωμάτων,
Εὐροὶ βοηθοὺς πάντας ἐκ τῶν πραγμάτων,
Κράτους συνεργούς, συμμάχους ἐν ταῖς μάχαις,

Παθῶν λυτρωτὰς, φαρμακευτὰς τῶν νόσων·

Ἐν τῇ κρίσει πλεον δὲ πρὸς τὸν Δεσπότην
Θερμοὺς μεσίτας, προξένους καὶ τῆς ἄνω
Δόξης ἀφράστους, καὶ Θεοῦ σκηπτουχίας

ΜΗΝΙ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩ.

ΕΝ Τῇ ΠΡΩΤῃ

Ἀρχῇ τῆς Ἰνδίκτου.

Τὴν Ἰνδικτον ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀπὸ
τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα, διὰ τὸ νομίζεσθαι
ἀρχὴν εἶναι τοῦ χρόνου ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας.
Ἐπειδὴ Ἰνδικτον λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν.
καὶ τὸν ὀρισμὸν. Ὅστιν οὖν καὶ ἡ πρώτη ἡμέρα
τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ὀρισμὸς καὶ ἀρχὴ τοῦ ἔτους. **B**
Ἐπεὶ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν βουληθεὶς
ἐπευλογῆσαι τὴν ἀρχὴν τοῦ χρόνου, μᾶλλον δὲ ἔτος
τὸν χρόνον, ὃν αὐτὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐποίησεν,
εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· καὶ
ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἰσαΐου τοῦ προφήτου. Καὶ
ἀνοίξας αὐτὸ, εὗρε τὸν τόπον ὅπου ἦν γεγραμμέ-
νον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὐ εἴνεκεν ἔχριστέ-
με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπεσταλκὲ μὲ· κη-
ρῦξαι ἀχμαλώτοις ἀφῆσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλε-
ψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Καὶ ἀπο-
δοὸς τὸ βιβλίον τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισεν. Ἐκτοτε
ἐχαρίσατο ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν
ταύτην, ἣν καὶ προθύμως ἑορτάζοντες εὐχαριστοῦ-
μεν αὐτῷ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ
Στυλῆτου. **C**

Ὁ ἅγιος Συμεὼν ἐγένετο ἀπὸ Ἀντιοχείας· νέος
δὲ ὢν, προσετάγη παρὰ τῶν γονεῶν αὐτοῦ βόσκειν
πρόβατα. Ἀργήσας δὲ ποτε διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦ
μὴ βόσκειν τὰ πρόβατα, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλη-
σίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ εὐξασθαι. Καὶ κατὰ συγκυ-
ρίαν, ἤκουσε τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀναγιγνωσκομένου·
Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν
ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀφῆκε γονεῖς καὶ
πάντα. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν λαύρον, τὴν λεγομένην
μὲνδραν, καὶ ἐγένετο μοναχὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας
Λεοντος τοῦ Μεγάλου. Ὅπου καὶ τὸ πρῶτον ἀγωνι-
σάμενος, καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ἐν πάσαις ἀφε-
ταῖς νικήσας, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ δι' ἐγκρατείας **D**
καταξηράνας· καὶ γὰρ ἐνήστεισεν ἡμέρας τεσσα-
ράκοντα, τὰς μὲν εἰκοσὶν ἰσταμένους, τὰς δὲ εἴκοσι
καθεζόμενος, διὰ τὸν κόπον. Ὑστερον ἀνῆλθεν ἐπὶ
στόλον· καὶ μυρία θαύματα ποιήσας, καὶ μεγας
γενόμενος εἰς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πολλοὺς
τῶν ἀπίστων βαπτίσας, καὶ τεσσαρακονταεπτά ἔτη
τὸν Θεὸν θεραπεύσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ πόλιμησις Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ.

Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐγένετο μὲν υἱὸς τοῦ Ναυῆ, διὰ-

⁴ Isa. Lxi, 1. ³ Matth. v 3.

A Pravorum affectuum frenatores, morborum cura-
[tores,

In iudicio autem maxime apud Dominum
Fervidos mediatores, conciliatoresque supernæ
Gloriæ occultos, et divini imperii

MENSE SEPTEMBRI.

DIE PRIMA

3 Initium Indictionis.

Indictionis festum diem celebrat Dei Ecclesia,
traditione a majoribus accepta, quod ab hac die
existimarent esse temporis principium, cum indi-
ctionem Romani dicant principium, et finem. Est
igitur dies primus mensis Septembris, anni totius
principium et finis. Sed postquam Christus Deus
nostri volens benedicere principium temporis, vel
potius totum tempus, quod ipse ante sæcula fece-
rat, ingressus est synagogam Judæorum, traditus-
que est ei liber Isaiæ prophetæ, eoque aperto in-
venit locum ubi scriptum erat: *Spiritus Domini
super me: propterea unxit me, evangelizare pauperi-
bus misit me, prædicare captivis remissionem, et
cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem* 1: et
reddens librum ministro, sedit; ex eo tempore
nobis Christianis sacratam hanc celebritatem lar-
gitus est, quam alacri animo peragentes, gratias
eidem habemus.

Eodem die.

4 Memoria sancti Patris nostri Simeonis Stylitæ.

Sancto Simeoni patria fuit Antiochia. Cum au-
tem adolescens esset, jussus est a parentibus pas-
cere oves. Nactus vero aliquando vacuum ac libe-
rum otium, quod per hyemem oves pascere non
licebat, ingressus ecclesiam Dei, ut oraret, contigit
ut audiret illam sancti Evangelii lectionem: *Beati
pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celo-
rum* 2. Et statim valedicens parentibus, ac cæteris
omnibus, abiit in lauram, quæ etiam mandra dice-
batur: monachusque effectus est imperatore Leone
Magno: ubi primum acerrime decertavit, et mo-
nachos omnes omni virtutum genere superavit,
Tanta autem continentia corpus suum coercens,
aridum illud effecit: etenim quadraginta continuos
dies, viginti quidem stando, reliquos vero sedendo,
laboris studio, jejunabat. Demum in columnam
ascendit, et innumera miracula patravit. Cumque
apud omnes magnus ac celebris evasisset, multos-
que infidelium baptizasset, et quadraginta septem
annos Deo serviisset, in pace decessit.

Eodem die.

5 Dormitio Josue filii Nave.

Hic Josue filius quidem Nave fuit, successor a

tem Moysis Hebræorum legislatoris, vir fortis, rei- que militaris peritus. Nam Hiericho munitam alienigenarum urbem expugnavit, Jordanemque fluvium per siccum transivit una cum populo, et arca Dei. Michaellem etiam cœlestis exercitus principem ense præ manibus tenentem vidit: quo statim cognito, abjectis propriis armis, illius pedibus advolutus: Quid, inquit, imperas servo tuo? Adhæc cum prælio dimicaret cum alienigenis, solque ad occasum appropinquaret, ipse vero vincendi desiderio teneretur, maximam in Deo spem habens, imperavit soli ut staret: stetitque sol: neque prius occidit, quam hostes fortissime in fugam vertit. Cum igitur exercitui præfuisset, populumque Israeliticum ex eremo recte eductum, in terram promissionis, quæ est Hierosolyma, duxisset, perque annos viginti septem judicasset, mortuus est atque honorifice in eadem terra a populo suo sepultus.

Eodem die

● *Certamen sanctarum quadraginta virginum, et Ammonis earum magistri.*

Quadraginta harum virginum et martyrum cœlus patriam habuit Adrianopolim Macædoniæ; doctorem autem fidei Ammonem diaconum, a quo ea quæ ad cœlorum regnum pertinent, didicerunt. Ob eam autem causam a præside ejusdem urbis comprehensæ, multa suppliciorum genera perpessæ sunt, quod idola adorare recusarent. Deinde adductæ Berœam, ut sacrificarent, cum ibi Deum orarent, precibus suis effecerunt, ut sublatus in aera sacerdos idolorum concideret, et statim interiret. Post hæc sanctus Ammon suspenditur, et in lateribus scalpitur, nudoque capite cadentem cassidem induere compellitur: et una cum virginibus ad Licinium tyrannum mittitur, qui adversus illos sententiam mortis pronuntiavit. Et decem quidem earum igne consumptæ sunt: octo cum magistro suo decollatæ: decem in ore, et corde gladio transfixæ decesserunt: sex minutatim concisæ: sex denique injecto in os cadanti ferro extinctæ sunt.

EODEM MENSE.

Die secunda

† *Certamen sancti magni martyris Mamantis.*

Mamas celeberrimus martyr Aureliano Romanorum Cesare claruit. Cum autem orphanus relictus fuisset, parentibus in carcere ob Christianam fidem extinctis, a quadam religiosa senatorii ordinis matrona educatus est. Cum vero ad ætatis maturitatem pervenisset, cogereque ab idolorum cultoribus sacrificare idolis, nulla unquam ratione ad id adduci potuit; sed a divino angelo in montem deportatus, ibi cervæ lacte alebatur, solusque continuis ad Deum precibus vitam traducebat. Post autem aliquanto cum illius fama longe lateque emanaret, iterum comprehensus, a præside Cæsareæ compellitur idola adorare. Id aversatus ille, in

Α δοχος δὲ Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τῶν Ἑβραίων· ἀνὴρ ἀνδρείος καὶ στρατηγικός. Καὶ γὰρ τὴν Ἱεριχὴν, πόλιν οὖσαν ἰσχυρὰν τῶν ἀλλοφύλων, παρέλαβε· καὶ τὸν ποταμὸν Ἰορδάνην διὰ ξηρᾶς διεπέρασε μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν ἀρχιστρατήγον Μιχαὴλ ἐθεάσατο κρατοῦντα ῥομφαίαν, καὶ γυνώσκας αὐτὸν, ἐβρίψε τὰ ἴδια ὄπλα, καὶ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, εἰπὼν· Τί προστάσεις τῷ σὺ οἰκῆτῃ; Πολεμῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος, ἔχων ἐπιουμίαν τοῦ νικῆσαι αὐτοὺς, ἐθάρρῃσεν εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἶπεν· Στήτω ὁ ἥλιος· καὶ εὐθὺς ἑστάθη ὁ ἥλιος, καὶ οὐκ ἔδυνεν, ἕως ἔρραψε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ κατὰ κράτος. Στρατηγήσας δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρήμου καλῶς, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἧτις ἐστὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κρίνας τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ εἰκοσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, ἐτελεύτησε. καὶ ἐτάφη ἐντίμως ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τῶν ἁγίων γεσσαράκοντα παρθένων, καὶ Ἀμμῶν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν.

Τῶν τεσσαράκοντα τούτων παρθένων καὶ μαρτύρων τὸ πλῆθος ἐγένετο ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Μακεδονίας. Διδάσκαλον δὲ ἔχουσαι τῆς πίστεως Ἀμμῶν τὸν διάκονον, ἔμαθον ὑπ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· διὰ τοῦτο καὶ ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἀρχοντος. Καὶ πολλὰ ἐτιμωρήθησαν διὰ τὸ μὴ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Εἶτα ἤχθησαν εἰς Θεροίην, τοῦ θύσαι. Ἐνθα προσσηύξαντο πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐκρεμάσθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ ἱερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ πεσὼν ἀπέθανε. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐκρεμάσθη ὁ ἅγιος Ἀμμῶν, καὶ ἐξέσθη τὰς πλευρὰς. Καὶ κασσίδα πεπυρωμένην ἐδέξατο κατὰ καφαλῆς. Εἶτα παρεπέμφθη μετὰ τῶν παρθένων Λικινίῳ τῷ τυράννῳ. Ὁ δὲ ἔδωκεν ἀποφραῖν κατ' αὐτῶν. Καὶ αἱ μὲν δέκα διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν· αἱ δὲ ὀκτώ μετὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν ἀπεκεφαλίσθησαν· καὶ αἱ δέκα ξίφει κατὰ τοῦ στόματος, καὶ τῆς καρδίας δεξάμεναι, ἐτελεύτησαν. Αἱ δὲ ἕξ ὑπὸ μαχαίρων κατεκόπησαν. Καὶ αἱ ἕξ σίδηρα πεπυρωμένα κατὰ στόματος λαβοῦσαι, ἀπεθανον.

MHNI TQ AYTO.

B'

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μαρμαντος.

Δ Μάρμας ὁ περιδότης μάρτυς, ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων. Ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς, τῶν γονεῶν αὐτοῦ τελευτησάντων ἐν φυλακῇ, διὰ τὸν Χριστὸν, ἀνετρέφη παρὰ ματρῶνας τινὸς εὐσεβοῦς συγκλητικῆς. Γενόμενος δὲ τῆς ἐννόμου ηλικίας, ἠναγκάζετο θύειν τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀγγέλου ἀναβιβασθεὶς ἐν τῷ ὄρει, τὰς ἐλάφους ἀμέλγων διετρεφετο. Καὶ μόνος τῷ Θεῷ προσευχόμενος διατέλει. Εἶτα πάλιν κρατηθεὶς (πολλῇ γὰρ ἐγένετο ἡ περὶ αὐτὸν φήμη), ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ τῆς Καισαρείας ἀρχοντος προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπίεση, εἰς πῦρ βληθεὶς καὶ ἐξελοῦν ἀβλαβῆς, καὶ

θηριομαχίας, και μηδὲν ἀδικηθεὶς, τέλος κοντα-
ριῶν πληγείς, και βασιλεύων τὰ ἔντερα αὐτοῦ ταῖς
ἰδίαις χερσίν (ἐξεχύθησαν γὰρ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐκ
τῆς κοιλίας αὐτοῦ), ἐξῆλθε τῆς πόλεως Καισαρείας·
και μετὰ εὐχαριστίας παρέδωκε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὴν
ἀγίαν και μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν. Καὶ ἐταφη ἐν τῇ
αὐτῇ πόλει.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ
πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νη-
στευτοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς
Νηστευτῆς ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἰπῆρης
δὲ ἐπὶ Ἰουστίνου και Τιβερίου και Μαυρικίου τῶν
βασιλέων. Χαράκτης δὲ ὦν τὴν τέχνην, διὰ τὴν πολ-
λὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, πατριάρχης γέγονε τῆς αὐτῆς
μεγαλοπόλεως· ἐγένετο δὲ φιλόπτωχος, και ἐλεη-
μων, και συμπαθής. Ἀλλὰ και πολλὰ θαύματα
ἐποίησε· και γὰρ διὰ προσευχῆς βαρβαρικὸν λαὸν
ἐκ τῆς Μακεδονίας ἀπέδιωξε, και μεγάλου θανάτου
τὴν πόλιν ἐβύβαστο, και πολλοὺς νοσοῦντας ἐθερά-
πεισε, και δαιμονίωντας ἴασατο, και λόγους ψυχ-
ωφελείας, ὡς ὁ μέγας Χρυσόστομος Ἰωάννης, συνεγρά-
ψατο, Ποιμένας δὲ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὁσίως και φιλο-
θείως, και τὴν ἱερὰν Ἐκκλησίαν καλῶς διακυβερνή-
σας ἐπὶ ἔτη δέκα και τρία και μῆνας πέντε, και
εἰς βαθὺ γῆρας ἐλθὼν, ἐν εἰρήνῃ τὴν μακαρίαν και
ἀγίαν αὐτοῦ ψυχὴν παραδούς τῷ Κυρίῳ, ἐτάφη,
ὁποῦδεῖγμα ἀπολιπὼν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἐλάρετον
αὐτοῦ βίον, και τὰ λοιπὰ κατορθώματα.

ΜΗΝΙ Τῷ ΑΥΤῷ.

Γ'

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου, ἐπισκό-
που Νικομηδείας.

Ἀνθιμος ὁ Ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐπίσκοπος Νικο-
μηδείας ἐπὶ τῶν χρόνων Διοκλητιανοῦ και Μαξι-
μιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν
κρυπτόμενος ἐν τῷ ὄρει, καταμηνύεται τῷ Μαξι-
μιανῷ. Καὶ κρατηθεὶς, πρῶτα μὲν λίθοις τὸν αὐχένα
συντρίβεται. Ἐπειτα δὲ σιδηραῖς πεπωρακτωμένοις
τοὺς ἀστραγάλους διατρυπάται. Ἐἵτα πάλιν εἰς
δοτρακα δέξια τίθεται, βράβδοις τυπτόμενος ἀκαν-
θίνοις, και ὁποδήματα σιδηρὰ πυρακτωθέντα περι-
βάλλεται μέχρι τῶν μηρῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο δε-
σμεῖται ἐπὶ τροχοῦ, και ὑπὸ λαμπάδων καίεται, D
Ὅτω δὲ πικρῶς βασανιζομένου τοῦ ἁγίου, ἐπῆλθον
ἄγγελοι θεῖοι, αὐτῷ μὲν τὰς κολάσεις και τὰς βα-
σάνους εὐκόλως ποιοῦντες, τοὺς δὲ δημίους τοὺς
τιμωροῦντας αὐτὸν ἀοράτως τύπτοντες. Καὶ λοιπὸν
ἀποφάσει τοῦ Μαξιμιανοῦ τίμνεται τὴν κεφαλὴν
μαχαίρῃ. Ἐτις καίεται μὲν ἐν Νικομηδείῃ, θαυματ-
ουργεῖ δὲ ἄλλοτε πολλὰ, και δὴ και τῶν τριχῶν πα-
ράδοξον ἔκφυσι.

Τοῦ αὐτῆς ἡμέρῃ.

Ἀθλησις τῆς ἁγίας παρθένου και μάρτυρος Βασι-
λισσῆς.

Βασίλισσα ἡ μάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων

A ignem conjicitur : atque inde egressus illæsus, ad
bestias damnatur : a quibus cum nullam noxam
accepisset, tandem hastili transverberatur, et vis-
cera ejus in terram ob gravissimum vulnus effun-
duntur : quæ ipse propriis manibus præferens, ex
urbe Cæsarea egreditur, et cum gratiarum actione
sanctam beatam animam suam Domino Deo
tradidit, et in eadem urbe sepultus est.

Eodem die.

8 Memoria sancti Patris nostri Joannis patriarchæ
Constantinopolitani, cognomento Jejunatoris.

Sanctus Pater noster Joannes cognomento Jeju-
nator natus est Constantinopoli : vixit autem
temporibus Justini, Tiberii, et Mauricii imperato-
B rum. Hic primum quidem statuariam artem exer-
cuit : deinde ob multas et egregias ipsius virtutes
patriarcha ejusdem magnæ urbis renuntiat est.
Fuit autem pauperum amator, misericors, et mi-
serator : sed et multa miracula patravit. Nam pre-
cibus suis barbaras gentes ex Macedonia fugavit,
urbemque gravissima peste liberavit, et multos in-
firmos curavit, obsessosque a dæmonibus sanavit.
Orationes denique animæ utilissimas, instar magni
Joannis Chrysostomi, conscripsit. Cum vero popu-
lum suum sancte pieque rexisset, sacramque Ec-
clesiam annis tredecim, mensibus quinque optime
gubernasset, atque ad summam senectutem perve-
nisset, in pace beatam sanctamque animam suam
Domino tradidit, et sepultus fuit ; ornatam virtuti-
bus vitam suam, et reliqua a se præclare gesta in
C exemplum cunctis relinquens.

EODEM MENSE.

Die tertia.

9 Certamen sacrosancti martyris Anthimi, episcopi
Nicomedis.

Anthimus sacer martyr fuit Nicomedis episco-
pus temporibus Diocletiani et Maximiani. Propter
motam autem in Christianos persecutionem cum se
in montis ejusdam latebras addidisset, Maximiano
proditus, ejusque jussu comprehensus, primum
quidem saxis in cervice contunditur : deinde can-
denti ferro ejus tali perforantur : postea super acu-
tis testulis impositus, virgis spineis cæditur. Ad
hæc calceamentis ferreis candentibus usque ad
femora induitur : mox rotæ alligatus, facibus adu-
ratur. Sed cum ita immaniter sanctus vir torque-
retur, supervenerunt divini angeli, qui sicut ei
supplicia cruciatusque leniebant, ita lictores, qui
ipsum exoruciabant, invisibiliter cædebant. Tandem
Maximiani sententia caput ei gladio amputatum
fuit, quod in urbe Nicomedia positum, cum multa
alia miracula facit, cum capillos subinde nascentes
admirabiliter emittit.

Eodem die.

10 Certamen sanctæ virginis et martyris Basilissæ

Basilissa martyr fuit temporibus Diocletian

autem prope urbem Nicomediam domicilium haberet, nonumque ætatis suæ annum ageret, tanquam Christiana delata, Alexandro præsidi sistitur: et Christum confidenti animo professa, primum quidem colaphis cæditur; deinde nudata, virgis percutitur, talisque perforatur. Mox inverso capite in ligno suspensa, catenis constricta, picis, sulphuris, ac plumbi fumo torquetur. Post hæc in ignem coniecta, duobusque leonibus objecta, cum nullam noxam passa fuisset, præsidi persuasit, ut in Christum crederet. Et ille quidem vitam recte traducens, in pace decessit. At hæc egressa ex urbe, cum siti- ret, oravit, et manantibus e terra aquis sitim depul- lit. Deinde stans supra petram, et orans, finem vivendi fecit: ibique sepulta, omnibus fidelibus per aquas e terra erumpentes singulis diebus curatio- nes admirabiliter præstat.

Eodem die.

11 *Certamen sacrosancti martyris Aristionis, epi- scopi Alexandriæ.*

Sanctus martyr Aristion fuit Alexandriæ episcopus Docebat autem summa cum libertate, et prædicabat Domini nostri Jesu Christi in carne adventum, æter- numque ejus regnum: ad hæc felicitatem et gau- dium regni cælorum; et quod hæc hominum gloria, et dignitates, et divitiæ, corruptioni obnoxie sunt, et evanescent; illa vero bona incorruptibilia sunt, eaque vita immortalis. Hæc docens, cum multis Græcorum persuaderet, eosque ad Deum converteret atque baptizaret, captus sistitur Alexandriæ præ- fecto: confessusque Christum, igni traditur: atque ita in camino, velut tres illi sancti pueri, laudans et magnificans Deum, beatum optatumque finem accepit, incorruptibilis vitæ coronam adeptus, et pretiosæ quidem ejus reliquiæ terræ commendatæ sunt; sancta vero ipsius anima ad cælos ascendens, una cum sanctis lætatur.

λείψανον παρεδόθη τῇ γῆ. Ἡ δὲ ἀγία αὐτοῦ ψυχή ἀνελοῦσα ἐν οὐρανοῖς, μετὰ τῶν ἀγίων εὐ- φραίνεται.

EODEM MENSE.

Die quarta.

12 *Certamen sacrosancti martyris Babylæ, patriar- chæ Antiocheni, et puerorum sociorum ejus.*

Sanctus martyr Dominus fuit ex urbe Thessalonica, Christianus pius, Deumque timens. Cum autem Maximianus regiam Thessalonicae aedificaret, cognitus Christianus esse, corripitur, eique sistitur: cui Maximianus vehementi ira accensus: Audes, inquit, me hic praesente, Christianum in ipsum profiteri, deosque aversatus, alium Deum colere? Verum sacrificia illis, si saluti tuae consultum velis. Ad haec sanctus: Unum, inquit, Deum cognoscere oportet, cumque adorare ac venerari; caeteros autem, qui putantur, deos contemnere, omnem Christianum decet. Tum Maximianus praecipit militibus ut flagris os ejus percuterent. Cumque eum adhuc in fide Domini nostri Jesu Christi constantem cerneret, jussit extra urbem abducto crura confringi. Atque ita confractus, septem adhuc dies superstes fuit, nullo sumpto cibo: et ad extremum usque gratias agens, spiritum reddidit.

EODEM MENSE.

A

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Die secunda

B

84 *Certamen sanctorum Cypriani et Justinæ.*

Cyprianus, sapiens pontifex, Decio imperante, Antiochiæ Syriæ natus, primum philosophus erat, et magicis artibus apprime eruditus: sed postea Christianus hac ratione factus est. Justinam virginem in eadem urbe, quæ ab Optato episcopo baptizata fuerat, Græcus quidam, Idas dictus, ardentem amabat. Sed cum voti sui compos fieri non posset, confugit ad Cyprianum, rogans eum ut magicis artibus Justinam ad sibi consentiendum induceret. Cum vero Cyprianus fornicationis dæmones ad sollicitandam virginem tertio destinasset, ejus tamen animus expugnare nequivit, quæ fundendis ad Deum precibus semper intenta erat. Sed ipse potius a postremo, quem miserat, dæmone correptus, intellexit, vanam ac futilem esse magicam artem. Quamobrem combustis libris, baptizatus est: eumque in virtute progressum fecit, ut episcopus ordinatus fuerit, multosque Christi fidem docuerit. Tandem una cum Justina comprehensa a Damasci præfecto, pro Christo decollatus est.

Eodem die

85 *Certamen sancti Patris nostri Theophili confessoris.*

Sancti Pater noster Christianique confessor Theophilus, monachus fuit pius Deumque timens, imperante Leone Isauro; quem cum videret in id summo studio incumbere, ut sacras imagines subverteret, omnesque ad Iconomachorum hæresim traheret; divino zelo accensus, adiit eum: atque confidenti animo objurgavit, prævaricatorem eum, Antichristi præcursorem, fideique orthodoxæ desertorem inclamando. Quare in iram et indignationem illum excitans, primum quidem gravissime cæditur: deinde in carcerem includitur, ut inedia corpus conficeretur. Postea e custodia eductus, cum rursus impelleretur ut sanctorum imaginum cultum et adorationem ejuraret, nec ad id induci posset, in exilium pulsus est, in quo multas ærumnas plurimasque molestias perpessus, et pro omnibus Deum glorificans, ejusque sancto nomini gratias agens, ad Christum lætus migravit.

EODEM MENSE.

Die tertia

85 *Certamen sacrosancti martyris Dionysii Areopagitæ, Athenarum episcopi.*

Magnus Dionysius in urbe Athenarum unus ex iis, qui gloria, divitiis, et sapientia excellabant, in eo, quem Areopagum vocant, causarum judex erat. Cum vero sanctus apostolus Paulus Athenas profectus, Christum prædicaret, uti erat acri ingenio, veritatem facile intellexit, et in Christum credidit: baptizatusque, Athenarum episcopus ordinatur, multosque Græcorum docuit, et ad Deum conversos

Ἄθλις τῶν ἁγίων Κυπριανοῦ καὶ Ἰουστίνης.

Κυπριανὸς ὁ σοφὸς ἱεράρχης, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου, ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας. Ἦν δὲ φιλόσοφος καὶ μάγος τέλειος. Ἄλλ' ὕστερον γέγονε Χριστιανὸς ἀπὸ ὑποθέσεως τοιαύτης· Ἰαθίνος τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, Ἰουστίνῃ, ὄνομα, βαπτισθεῖσα παρὰ Ὀπτάτου τοῦ ἐπισκόπου. Ἀντί· δέ τις Ἑλλήν, Ἰδας καλούμενος, ἐπεθύμησεν αὐτῆς καὶ μὴ τυχὼν τῆς ἐπιθυμίας, προσέδραμε τῷ Κυπριανῷ, παρακαλῶν αὐτὸν, διὰ μαγείας κείσασθαι τὴν Ἰουστίναν, ὑπακοῦσαι αὐτῷ. Ἀποστειλάς δὲ· Κυπριανὸς ἐκ τρίτου δαίμονας τῆς πορνείας πρὸς τὴν παρθένον, καὶ μὴ πείσας αὐτὴν προσευχομένην, τῷ Θεῷ διαπαντός, ἐδαίμονίσθη αὐτός· τοῦ ἐσχατοῦ δαίμονος στραφέντος, καὶ εἰσελθόντος εἰς αὐτόν. Καὶ συνιδὼν, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ μαγικὴ τέχνη, ἔκαστα τὰ βιβλία αὐτοῦ καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ τοσοῦτοι ἐγένετο ἐνάρετος, ὡς καὶ ἐπίσκοπος γενέσθαι, καὶ πολλοὺς διδάξει τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν. Ὑστερον δὲ κρητηθεὶς μετὰ τῆς Ἰουστίνης παρὰ τοῦ τῆς Δαμασκοῦ ἄρχοντος, ὑπὲρ Χριστοῦ ἀπεκεφαλίσθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοφίλου τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ὁ δαίος Πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁμολογητῆς τοῦ Χριστοῦ Θεοφίλος, ἦν μοναχὸς εὐλαβῆς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου. Ὡς ἰδὼν σπουδάζοντα καταστρέφαι τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ πάντας πρὸς τὴν εἰκονομάχων αἵρεσιν ἐπιστρέφαι, ζήλω φειψὶς κινήθει ἐστάθη ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ μετὰ παρρησίας ἤλεγξεν αὐτόν, παρανομοῦν αὐτὸν εἰπὼν, καὶ τοῦ Ἀντιχριστοῦ πρόδρομον, καὶ ἀρνητὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Εἰς θυμὸν οὖν καὶ ὄργην κινήσας αὐτόν, πρῶτον μὲν ἐτύφθη σφοδρῶς, καὶ εἰς φυλακὴν ἐνεβλήθη, καὶ ὑπὸ λιμῷ τὸ σῶμα καταδαπανήθη. Ἐἶτα τῆς φυλακῆς ἐκβλήθει, καὶ πάλιν ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὴν τῶν ἁγίων εἰκότων προσκύνησιν καὶ τὸ σέβας, καὶ μὴ πεισθεὶς, εἰς ἔξοριαν ἀποστέλλεται. Καὶ ἐκεῖ πολλοὺς πειραμοὺς ὑπομείνας, καὶ μυρία δεινὰ παθὼν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Θεὸν δοξάζων, καὶ τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ εὐχαριστῶν, πρὸς Χριστὸν χαίρων ἐξεδήμησεν.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

Γ

Ἄθλις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου, ἐπισκόπου Ἀθηνῶν.

Ὁ μέγας Διονύσιος ὑπῆρχε μὲν ἐν Ἀθῆνῃ τῇ πόλει εἰς τῶν ἐνδόξων, καὶ πλουσίων, καὶ σοφῶν ἔκρινε δὲ εἰς τὸν λεγόμενον Ἄρειον πάγον τὰς δίκας. Ἀπελθόντος δὲ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου εἰς Ἀθήνας, καὶ κηρύττοντος τὸν Χριστὸν, ταχὺς ὤν τὴν σύνεσιν, ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπίστευσεν εἰς Χριστόν. Καὶ βαπτισθεὶς, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν· διδάσκων πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων,

καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων. Ἔμαθε δὲ καὶ τὰ ἀπόρρητα μυστήρια τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ ἀγίου Ἱεροθέου τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ συνεγράψατο βιβλία πολλὰ περὶ τῶν ἰπουρανίων δυνάμεων. Διαβληθεὶς δὲ τῶ τῶν Ἀθηνῶν ἄρχοντι παρὰ τῶν ειδωλολατρῶν, ἐκραθῆθη μετὰ δύο μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πολλὰ τιμωρηθέντες, πρῶτος μὲν αὐτὸς ἀπεκεφαλίσθη. Καὶ δεξιόμενος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ταῖς οἰκείαις χερσὶ, περιεπάτησε μίλια δύο. Καὶ οὐ πρότερον ἔθηκεν, αὐτὴν, ἕως συνήνησε γυναικὶ Χριστιανῇ, καὶ ἐπέδωκεν αὐτήν. Ἔπειτα ἀπεκεφαλίσθησαν καὶ οἱ δύο μαθηταὶ αὐτοῦ.

ΜΗΝΙ Τῷ ΑΡΤῷ

Δ'

Ἀθλησὶς τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀδαυκτοῦ καὶ Καλλισθένης τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς.

Ἀδαυκτος ὁ μάρτυς, ὁπῆρχε μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἐφέσου. ἐπέιχε δὲ τὴν τοῦ δουκὸς ἀξίαν, ἐπὶ Μαξιμίνου τοῦ βασιλέως, ἕξων καὶ θυγατέρα παρθένον καὶ εὐμορφοτάτην, Καλλισθένην ὀνόματι. Ἀκούσας δὲ ὁ Μαξιμίνος περὶ αὐτῆς, ἀπέστειλεν ἔλθειν αὐτήν πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἔκρυπεν αὐτήν, φυγαδύσας εἰς τὰ μέρη τῆς Ἀνατολῆς. Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Μαξιμίνος, καὶ ὀργισθεὶς, ἐκράτησε τὸν Ἀδαυκτον προφάσει τοῦ Χριστιανισμοῦ· καὶ δεμύσας, ἐξώρισεν εἰς Μεσοποταμίαν, γράψας τῶ τῆς Μεσοποταμίας ἄρχοντι, ἀναγκάσαι μὲν αὐτὸν θῆσαι τοῖς εἰδώλοις· μὴ παιθόμενον δὲ, φονεῦσαι. Ὁ δὲ ἄρχων μὴ πείσας αὐτόν, ἀπεκεφάλισεν. Εἶτα ἐτάφη παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς θυγατρὸς. Τῆς δὲ βασιλείας κρατήσαντος Λικιννίου, προσήλθεν ἡ Καλλισθένη τῇ βασιλίῳ, καὶ διηγήσατο πάντα. Καὶ τῆς βασιλίδος προστάξει μετεκόμισε τοῦ πατρὸς αὐτῆς τὸ λείψανον εἰς Ἐφεσον. Εἶτα καὶ αὐτὴ κελῶς βιώσασα] ἐτελειώθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ

Ἀθλησὶς τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Πέτρου ἐπισκόπου Καπετωλῆων.

Ἐλλὴν ὁπῆρχεν οὗτος ὁ Πέτρος· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐγύσατο, πιστεύσας ἐβαπτίσθη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν τέκνων, καὶ ὄλου τοῦ οἴκου αὐτοῦ. Εἶτα ἀναγνούς, καὶ μαθὼν τὴν θείαν Γραφήν, τῆς τῶν Καπετωλῶν ἐκκλησίας προεχειρίσθη ἐπίσκοπος. Πολλοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων διδάσκων, καὶ πρὸς Χριστὸν ἐπιστρέφων, διωγμοῦ δὲ κινηθέντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ἐκραθῆθη παρὰ τῶν ειδωλολατρῶν· καὶ σφοδρῶς τυφθεὶς, καὶ ἀλύσει δεθεὶς, παρεδόθη τῶ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἄρχων μὴ πείσας αὐτόν, θῆσαι τοῖς εἰδώλοις, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξέτεμε, καὶ τὰ ὠτία ἀπέκοψε, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας ἐνευροκόπησε. Μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι ταύτας τὰς τιμωρίας σκαυρὸν εὐτρεπίσας, ἐκρέμασε τὸν ἄγιον, εὐχόμενον πρὸς τὸν Θεόν, καὶ λέγοντα. Κύριε, μὴ στήσης αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Ἐπὶ δὲ ἐμπέοντα, ἦλθον οἱ στρατιῶται, καὶ ἀπεκεφάλισαν αὐτόν· καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

^b Act. vii, 59.

A baptizavit. Didicit etiam arcana Dei mysteria a sancto Hierotheo episcopo, et multos libros de cœlestibus virtutibus conscripsit. Delatus autem ad Athenarum præfectum ab idolatris, comprehenditur cum duobus discipulis: cumque multa tormenta subiissent, primus quidem ipse decollatur, qui suis manibus caput ad duo milliaria sustulit, nec prius deposuit, quam Christianæ feminæ obviam factus, illud ei tradidit. Postea et duo ejus discipuli capite obruncati sunt.

EODEM MENSE.

Die quarta

B 57 Certamen sanctorum martyrum Adaucti et Callisthenes ejus filie.

Adauctus martyr ex urbe Epheso oriundus, ducis dignitate temporibus Maximini imperatoris ornatus, filiam virginem ac venustissimam habuit Callisthenem nomine: cujus forma captus Maximinus, jussit eam ad se adduci. At pater cum illam occultasset, in Orientis partes amandavit. Quod ubi Maximinus intellexit, furore percitus, Adauctum obtenta Christianæ fidei causa correptum, et proscriptum, in Mesopotamiam relegavit, cum mandatis ad Mesopotamiæ præfectum, ut eum ad sacrificandum idolis compelleret; secus facientem, interimeret. Adauctus igitur, in sententia perseverans, capite damnatus est a præfecto, sepultusque ab uxore et filia. Sed cum rerum potitus esset Licinius, adiit Callisthene Augustam, a qua, re omni, uti se habuerat, exposita, impetravit, ut patris reliquias Ephesum transferret; ubi ipsa cum vitam recte traduxisset, decessit.

Eodem die

58 Certamen sacrosancti martyris Petri, episcopi Capiteolorum.

Græcus erat hic Petrus: sed ubi primum Christi doctrinam degustavit, credidit, baptizatusque fuit cum uxore, liberis, totaque familia. Deinde divinam Scripturam legens ac discens, Capiteolorum Ecclesiæ episcopus renuntiatur. Cum vero multos Græcorum docendo ad Christum convertisset, mota adversus Christianos persecutione, ab idolatris captus gravissime cœditur; catenisque constrictus, ad præsidem adducitur: qui cum eum ad sacrificandum idolis inducere nequiret, eruit ei oculos, linguam præcidit, aures amputavit, manuum pedumque nervos succidit. Post hos cruciatus, in præparatam crucem sanctum egit orantem ad Deum ac dicentem: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Tandem adhuc spiranti milites caput obruncaverunt: atque ita vitam finivit.

Eodem die

80 *Dormitio sancti Patris nostri Pauli simplicis.*

Paulus cognomento ac moribus Simplex, agricola fuit. Cum autem uxorem forma quidem corporis venustam, at perditis moribus duxisset, rediretque aliquando ex agro domum, uxorem cum adultero peccantem deprehendit. Quare, relicta domo ac pueris suis, recessit in solitudinem; profectusque ad magnum Antonium, petebat ut monachum se initiaret: cujus senectutem intuitus Antonius: Sexaginta, inquit, annorum senex laboribus ac molestiis nequaquam par est. Cui Paulus: Siquid mihi imperaveris, faciam. Antonius igitur periculo facto, cum eum ad omnia sustinenda paratum invenisset, totondit, et monachum fecit, ædificatamque seorsim in altero specu cellulam ei tradidit: ubi tanto studio se ipsum in omni virtutum genere excoluit, ut miracula patrare meruerit: a juvene enim dæmonium habente, qui ad Antonium venerat, illo tum absente, Paulus dæmonium fugavit. Post hæc vita functus est.

Eodem die

81 *Certamen sacrosancti martyris Dionysii patriarchæ Alexandrini.*

Sanctus Pater noster Dionysius claruit tempore Valeriani et Gallieni imperatorum. Cum autem persecutio in Christianos omnes, præcipue vero in episcopos, mota esset (quod imperatores existimarent, si episcopi retinerentur, cæteros Christianos nullo negotio sub potestate casuros), comprehensus ab Alexandriæ præfecto sanctus Dionysius, compulsusque Christum abnegare et idolis sacrificare, cum ad id induci nulla ratione posset, in interiorem Ægyptum relegatur, ut omnis videndi illius facultas amicis admiretur. Quo in exilio cum fide Christi ad se accedentes imbuere non cessaret, non lapidibus solum ab idololatriis petitis, variisque tormentorum generibus excruciatu fuit; sed in locum etiam horridiorem incultioremque rursus præfecti jussu deportatur, ubi, plurimis toleratis molestiis, sacrum demum caput gladio ei amputatur.

Eodem die

82 *Certamen sanctorum martyrum et diaconorum Gaii, Fausti, Eusebii et Chæremonis.*

Discipuli fuerunt hi diaconi et martyres, sacrosancti martyris Dionysii: et Gaius quidem, ac Faustus exilii illius comites, post multos cruciatus et ærumnas martyrio defuncti sunt. Eusebius autem, et Chæremon, postquam magister et antistes eorum damnatus exsilio est, divina adjuti virtute, eos qui in vinculis erant, sanctos adibant, eisque ministrabant: sanctorum etiam martyrum reliquias colligentes sepeliebant: atque ita perstitere usque ad Declii imperatoris tempora, nequaquam se subducentes, sed maxima Christum libertate contentes, salutaremque illius incarnationem omnibus prædi-

A

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἐκοίμησις τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Ἀπλοῦ.

Ἡαῦλος ὁ ἐπικληθεὶς διὰ τὸν τρόπον Ἀπλοῦς, ὑπῆρχε μὲν γεωργός, συνεζεύχθη δὲ γυναίκα ὠραία τὴν μορφήν, ἀλλὰ κακοτρόπη τὴν γνώμην. Ἐλθὼν δὲ ποτε ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εὗρε τὴν γυναῖκα μετὰ μοιχοῦ ἁμαρτάνουσαν. Καὶ καταλυπὼν καὶ τὸν οἶκον, καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν μέγαν Ἀντώνιον, παρεκάλει ποιῆσαι αὐτὸν μοναχόν. Ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὸν γέροντά, εἶπεν· Ἐξήκοντα ἐτῶν γέροντα κυρασμοὺς ὑπομένειν οὐ δύναται. Καὶ ὁ Παῦλος εἶπεν· Ἔτι μοι εἴπης, ποιῶ. Καὶ ἀποπειράσας αὐτὸν, εὗρεν, ὅτι πάντα ὑπομένει. Καὶ ἐκούρευσεν αὐτὸν, καὶ ἐποίησε μοναχόν. Καὶ κτίσας κελλίον κατ' ἴδιον εἰς ἕτερον σπήλαιον, δέδωκε μῆναιν ἐκεῖ. Οὕτω οἱ ἠγωνίσαστο εἰς ἀρετὴν, ὡς καὶ τοῦ θαυματουργοῦ ἀξιοῦσθαι. Νεανίσκου γὰρ τινος ἔχοντος δαίμονα πρὸς Ἀντώνιον ἐλθόντος, τοῦ Ἀντωνίου παρασηρήσαντος, ἐξέβαλεν αὐτόν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιλιώθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Διονύσιος, ἦν ἐπὶ τῶν χρόνων Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιανοῦ τῶν βασιλέων. Διωγμοῦ δὲ κινήθεντος κατὰ τῶν Χριστιανῶν, κίλιστα δὲ κατὰ τῶν ἐπισκόπων, νομισάντων τὴν βασιλείαν, ὅτι ἴδον οἱ ἐπίσκοποι παρασταλῶσιν, εὐκίλως τοὺς λοιποὺς Χριστιανούς ὑποχειρῶς ποίησοσι· κρατήσας δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας ἄρχων τὸν ἅγιον Διονύσιον, καὶ πολλὰ καταναγκάσας, ἐνήσασθαι μὲν τὸν Χριστὸν, θῦσαι δὲ τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ κείσας, ἐξώρισεν εἰς τὴν ἐνδοτέραν Λίγυκτον, προστάξας μὴ βλίπεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τινος τῶν φίλων αὐτοῦ. Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν ἔφοριαν, καὶ διδάσκων τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, οὐ μόνον ἐλιθάσθη παρὰ τῶν εἰδωλοτρῶν, καὶ διαφόρους ἐδασανίσθη, ἀλλ' ἐξωρίσθη πάλιν παρὰ τοῦ ἄρχοντος εἰς τραχύτερον τόπον καὶ ἀόκητον. Ἔβηθα πολλοὺς πειρασμοὺς ὑπομένοντας, τέλος τὴν ἱερὰν αὐτοῦ κεφαλὴν διὰ ξίφους ἀπετμήθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ διακόνων, Γαίου, Φαύστου, Εὐσεβίου, καὶ Χαϊρήμονος.

Μαθηταὶ ὑπῆρχον οὗτοι οἱ διάκονοι καὶ μάρτυρες τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Διονυσίου. Καὶ ὁ μὲν Γάιος καὶ ὁ Φαῦστος σὺν αὐτῷ ἐξωρισθέντες, καὶ πολλὰ βασανισθέντες, καὶ ταλαιπωρηθέντες, εὐδὲ μαρτυρίου τέλος ἐγέναντο. Ὁ δὲ Εὐσεβίος καὶ ὁ Χαϊρήμων, μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν καὶ ἀρχιερέως ἔφοριαν, ὑπὸ Θεοῦ δυναμωθέντες, καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς ἁγίους ἐπισκεπτόμενοι, καὶ θεραπεύοντες, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων λείψανα περιστελλόντες καὶ θάπτοντες, διήρκεσαν ἕως τῆς βασιλείας Δεκίου, μὴ ὑποστέλλεσθαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ παρβήσις ὁμολογούντες τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν

αὐτοῦ σωτήριον ἐκνευρώθησαν τοῖς πᾶσι ἀνακρή-
τοντας· διὰ τοῦτο κρατηθέντες καὶ ἀποστὰς παρὰ τῶν
εἰδωλολατρῶν, καὶ δεθέντες ἀλύσει σιδηραῖς, τῇ τῆς
Ἀλεξανδρείας παρέδόθησαν ἄρχοντι. Καὶ πολλαῖς
βασάνοις ὑποβληθέντες, τέλος δὲ μὲν Εὐσέβιος ἐπὶ
ξύλου κρεμασθεὶς, καὶ ξεσθεὶς ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Χαι-
ρήμων ῥάβδοις τυκτόμενος ἐξέκνευσεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ ἱεράρχου
Ἱεροθέου.

Ἱερόθεος δὲ μέγας ἱεράρχης ὑπῆρχε μὲν εἰς τῶν
ἐννέα βουλευτῶν ἐν Ἀθήναις τῇ πόλει, διδάσκαλος
δὲ Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου. Διδαχθεὶς δὲ τὰ περὶ τοῦ
Χριστοῦ παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἠκολούθει
αὐτοῖς, καὶ συνεδοξολόγει, ἐξοδίους ὕμνους συμ-
πλέκων καὶ φάλλον ἐν τῇ κοιμῆσει τῆς ἁγίας ὑπερ-
ενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου
Μαρίας, καὶ διαπρέπων ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων
κατὰ πάντα. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἔφθασε σοφίας, καὶ
γνώσεως Θεοῦ, ὥς καὶ τὸν ἅγιον Λιονύσιον, μετὰ τὸ
πιστεῦσαι εἰς Χριστὸν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀποστόλου
Παύλου, τῇ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ τοῦ παναγίου
Πνεύματος, διδάξει τὰ περὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων,
καὶ τῶν ἀγγελικῶν τάξεων, καὶ πάντες τοῦ οὐρανοῦ
κόσμου. Συνεγράψατο δὲ καὶ ἄλλας βιβλίους πολλὰς
περὶ μυστηρίων μεγάλων διαγορευούσας. Βιώσας
δὲ τὸν ὅλον τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον ἐν εὐλαδίᾳ καὶ
ἀρετῇ, καὶ τὸν Θεὸν πολλὰ θεραπεύσας, καὶ διὰ
ἀνεπαύσατο.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου Δομητίου τοῦ Πέρσου.

Ὁ ἅγιος Δομήτιος ὑπῆρχεν ἐπὶ Κωνσταντίνου
τοῦ Μεγάλου ἐκ τῆς χάρας Περούν ἐδιδάχθη δὲ
ὑπὸ Χριστιανοῦ τινος τῶν εὐσεβείων, καὶ βαπτι-
σθεὶς καὶ γενεὶς καὶ πλούτου, ἀπῆλθεν εἰς τὸ
μοναστήριον τοῦ ἁγίου Σεργίου καὶ Βάκχου, πλη-
σίον Θεοδοσιουπόλεως· καὶ ἐγένετο μοναχός. Ἐν ᾧ
καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ χειροτονεῖσθαι διακόνος·
καὶ λειτουργοῦντος τοῦ ἀρχιμανδρίτου, κρατῶν τὸ
βικιστήριον πλησίον τῆς ἁγίας τραπέζης, ὅρῃ τὸ
Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἰδει περιστερᾶς περιπετόμενον
ἐπὶ τὰ ἅγια ὄψρα, καὶ ἐπικαθ' ἑμὴν αὐταῖς. Τοσοῦ-
τον γὰρ εἶχε καθαρὰν τὴν ψυχὴν, ὥς καὶ τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον σωματωιδεῶς θεωρεῖν, καὶ ὅτ' αὐτοῦ φω-
τίζεσθαι τὴν διάνοισιν. Βουληθέντος δὲ τοῦ ἀρχιμαν-
δρίτου χειροτενεῖσθαι αὐτὸν καὶ πρεσβύτερον, φυγὼν,
ἀπῆλθεν ἐν τινὶ σπηλαίῳ. Ἐνθα πολλοὺς τῶν προσ-
ερχομένων αὐτῷ διδάσκων ὡφελει. Καὶ μεθ' ὧν
τοῦτο Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης, ἀποστειλίας ἐλιθοβό-
λησεν αὐτόν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀμουῦ τοῦ Ἀγυπτίου.

Ἀμουῦν ὁ θεοφόρος ἐν ἀσκητοῖς μὲν ἐγένετο θαυ-
μαστός· ὑπῆρχε δὲ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, φιλομόνυχος
ὧν ἀπὸ νεότητος κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς Μαξιμιανοῦ
τοῦ βραβύλου, ἀναχώρησεν εἰς τὴν ἔρημον· καὶ
ἐκελθὼν καταμένων ἡσάχαζεν, ἐν μόνῳ ἱματίῳ

caute. Quamobrem comprehensi et ipsi ab idolo-
latriis, et catenis ferreis constricti, Alexandriae præ-
fecto sistuntur; et varie torti, tandem Eusebius in
equuleum actus, depexusque, decessit; Charemon
vero virgis caecus exspiravit.

Eodem die

● Commemoratio sancti Patris nostri Hierothei
pontificis.

Hierotheus, magnus pontifex, fuit unus ex novem
virorum numero qui Athenis senatores erant, ma-
gister Dionysii Arcopagiæ: Christi autem fide a
sanctis apostolis imbutus, eosque secutus, una cum
ipsis res divinas celebrabat, exodios hymnos com-
ponens, et concinens in dormitione sanctæ et glo-
riosissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque
Virginis Mariæ. Cumque in apostolorum oculis ho-
nestissime versaretur, eo sapientiæ et cognitionis
divinæ processit, ut sanctum Dionysium, quem
magnus apostolus Paulus ad Christi fidem converte-
rat, virrute, adjunctaque opera sanctissimi Spiritus
de cœlestibus virtutibus, atque angelicis ordinibus
deque universo cœlesti orbe docuerit. Cumque to-
tum vitæ suæ tempus in pietate et virtute com-
sumpsisset, multumque Deo serviasset, multaque
idcirco dona promeruisset, in pace requievit.

τοῦτο καὶ χαρισμάτων πολλῶν ἐξιώθεις, τελειωθείς,

C

Eodem die

● Certamen sancti Domitii Persæ.

Sanctus Domitius Persæ, Constantino Magno im-
perante, pietatem a Christiano quodam edoctus, et
baptizatus, relictis parentibus et divitiis, sese in
sanctorum Sergii et Bacchi monasterium Theodo-
siopoli proximum recepit: ubi monachus primum
factus est; tum ob egregias animi dotes diaconus
ordinatus. Cum vero liturgiam aliquando archi-
mandrita celebrasset, Domitius, qui flabellum prope
sacram mensam præ manibus tenebat, vidit Spiritum
sanctum sub columbæ specie sacra dona cir-
cumvolitantem, et super ipais insidentem: sic enim
puram animam habebat, ut et sanctum Spiritum in
forma corporea cerneret, mensque ejus ab eodem
illustraretur. Cum autem et presbyterum eum archi-
mandrita ordinare vellet, fugam arripuit, et in
speluncam se abdidit: ubi cum multos eorum,
qui ad se accedebant, docendo juvasset, Julianus
apostata, re cognita, misit qui lapidibus eum ob-
ruerent.

Eodem die

● Commemoratio sancti Amun Egyptii.

Amun theophorus, inter inætas admirabilis, ex
Egypto ortum dimit, monasticæ vitæ ab adolescen-
tia sua studiosus. Cum autem Maximianus imperator
rerum potiretur, abijt in eremum, quiete solus
agens, unoque pallio contentus, quod noctes dies

que gestabat, herbisque pro cibo utens, quas tel-
lus sponte sua ferebat. Vixit autem usque ad An-
tonii Magni certamina qui cum aliquando sedens,
fratres utilia animæ verba doceret, vidit beatam
Amun animam e corpore egressam, angelorum ma-
nibus in cælum efferrī: et statim exurgens, Deum
glorificabat. Rogatus autem ab iis qui aderant,
quod viderat, indicavit. Illi igitur notata hora pro-
fecti in Ægyptum, post decem dies comperere, ea-
dem hora, qua dixerat Antonius, sanctum Amum
obdormiisse.

EODEM MENSE.

Die quinta

●5 *Certamen sanctæ martyris Mamelchthæ.*

Sancta Mamelchta ex Perside fuit, templi quidem
Dianæ sacerdos, sed sororem Christianam habens.
Cum autem in somnis vidisset angelum Dei sibi
Christianorum mysteria ostendentem, excitata cum
terrore de somno, rem omnem sorori aperuit: a
qua ad episcopum adducitur. Episcopus vero, intel-
lecto visionis symbolo, Christianam, inquit, opor-
tet te fieri. Statimque illam, sororis manibus de
sacro fonte susceptam, baptizavit. Quare vehementi
furore correpti gentiles, multis excruciatam tor-
mentis, lapidibusque obrutam interfecere, splen-
dida adhuc sacri baptismatis veste indutam, atque
in profundissimum lacum demersere: unde vix a
Christianis extracta est. Adiit autem Persarum re-
gem episcopus, impetravitque, ut, everso Dianæ
templo, ecclesiam sanctæ martyris nomine exci-
taret: quod cum ædificasset, pretiosas ejus reli-
quas ibi deposuit,

Eodem die

●6 *Certamen sanctæ martyris Charitinæ.*

Charitina Christi martyr fuit temporibus Diocle-
tiani imperatoris, et Domitii comitis, serva Claudii
cujusdam: de qua cum ad comitem rumor venis-
set, scripsit hic ad illius dominum, ut ea ad se
mitteretur, propterea quod de ea tanquam Chri-
stiana haberi quæstionem oporteret. Tum dominus
mærore affectus et sacco indutus, sortem illius
deplorabat. Illa vero dominum suum consolabatur:
Ne te afflictus, inquiens, domine mi: ego enim reli-
quias meas pro meis tuisque peccatis tradam. Cui
ille: Memento mei apud cœlestem regem. Igitur
missa ad comitem, seque ipsam Christianam pro-
fessa, primum capite raso, et cadenti carbone
consperso: deinde ingenti e collo ejus appenso la-
pide, in mare demersa, aquam maris pro baptismo
habuit. Unde egressa, ad conspectum comitis ven-
nit, animosque adstantium rei magnitudine attoni-
tos reddidit: postremo evulsis dentibus, præcisit-
que manum ac pedum digitis, vitam finivit.

EODEM MENSE.

Die sexta

●7 *Certamen sancti Thomæ apostoli.*

Post Domini nostri Jesu Caristi ascensionem, cum

φίλων νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ τρεφόμενος ἐκ τῶν
φουμένων βοτανῶν. Διήρκεσε δὲ ἡ ζωὴ αὐτοῦ μέχρι
τῶν ἀγνῶνων τοῦ Μεγάλου Ἀντωνίου· ἐξ οὗ καὶ τὴν
μακαρίας ψυχῆς τοῦ Ἀμοῦν τοῦ σώματος ἐξελθού-
σης, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀναφερομένης, καθελζόμενος
ὁ ἅγιος Ἀντώνιος, καὶ διδάσκων τινὰς τῶν ἀδελφῶν
ψυχωφελῆ ῥήματα, ἰδὼν τὴν ψυχὴν, ἐξαίφνης ἐπι-
στάς, ἔβλεπεν αὐτὴν ὀφικευομένην ὑπὸ ἀγγέλων·
καὶ ἰδοῦσα τὸν Θεόν. Ἐρωτήσαντες δὲ οἱ παρόντες
καὶ μαθόντες τὸ πρᾶγμα, ἠκρίβωσαν τὴν ὥραν, καὶ
ἀπελθόντες εἰς Αἴγυπτον, μετὰ δεκάτην ἡμέραν
εὔρον, ὅτι ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Ἀμοῦν κατ' ἐκείνην τὴν
ὥραν, ἣν εἶπεν Ἀντώνιος.

MUNI Τῶ ΑΥΤῶ.

E

Ἀθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Μαιμέλχθης.
Ἡ ἁγία Μαιμέχθα ὄπῃρχε μὲν ἐκ Περσίδος,
ἰέρεια δὲ τοῦ ναοῦ Ἀρτέμιδος, ἔχουσα καὶ ἀδελφί-
Christianῆν. Κατενεχθεῖσα δὲ εἰς ὕπνον, εἶδεν ἄγγε-
λον Θεοῦ δεικνύοντα αὐτῇ τὰ μυστήρια τῶν Χριστι-
ανῶν. Καὶ ἀναστᾶσα ἐμφοβος, διηγείται τῇ ἀδελφῇ
Ἢ δὲ ἄγει αὐτὴν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον. Καὶ μαθὼν
ἐπίσκοπος δὲ τῆς ἀπαστάσεως εἶπεν αὐτῇ, ὅτι Ὁρι-
λεῖς Χριστιανὴ γενέσθαι· ἦν εὐθέως ἐβάπτισται, καὶ
ἰδέξατο αὐτὴν ἡ ἰδία ἀδελφὴ. Ὅθεν μανέντες οἱ
Ἕλληγες, ἐτιμωρήσαντο αὐτὴν, καὶ ἀπέκτειναν ἐν
λίθοις, ἔτι τὰ ἐμφώτια τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πε-
βεβλημένην. Καὶ ἔβριψαν εἰς λάκκον βαθύτατον·
οὗ Χριστιανοὶ μόλις αὐτὴν ἀνήγαγον. Προσελθὼν
τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ αἰτήσας
ἔλαβεν ἔξουσίαν τοῦ καταλύσαι μὲν τὸν ναὸν τῆς
Ἀρτέμιδος, οἰκοδομησάι δὲ ἐκκλησίαν ἐπ' ὀνόματι
τῆς ἁγίας μάρτυρος· ἣν καὶ κτίσας, ἐν αὐτῇ τῇ
τίμιον αὐτῆς ἀπέθετο λειψάνον.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Χαριτίνης.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Χαριτίνη, ὄπῃρχεν ἐπὶ
Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ Δομητιοῦ κόμητος,
δούλη οὖσα Κλαυδίου τινός. Περὶ ἧς ὁ κόμητης ἀκού-
σας, γράφει τῷ κυρίῳ αὐτῆς ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὴν
αὐτὴν εἰς ἔξετασιν ὡς Χριστιανὴν ὀπάρχουσαν. Ὁ
δὲ κύριος αὐτῆς λυπηθεὶς, σάκκον ἐνδυσάμενος
ἔθρῆναι αὐτὴν. Ἡ δὲ παρεμυθεῖτο αὐτόν, λέγουσα·
Μὴ λυποῦ, χυρίε μου. Τὰ γὰρ λειψανά μου, ὅπερ
τῶν ἐμῶν καὶ τῶν σῶν παραπτωμάτων δίδωμι. Ὅ
δὲ εἶπεν· Μέμνησέ μου ἐπὶ τοῦ ἐπουρανίου βασι-
λέως. Τότε ἀπεστάλη τῷ κόμητι· καὶ Χριστιανὴν
ἐαυτὴν ὁμολογήσασα, ξυρίζεται τὴν κεφαλὴν· καὶ
ζέουσαν ἀθρακίαν καταπάσσειται. Ἐῖτα δεσμεῖται
λίθῳ βαρεῖ, καὶ βίπτεται ἐν τῇ θαλάσῃ. Καὶ ἰδέξατο
τὸ ὕδωρ εἰς βάπτισμα· καὶ ἐξελθοῦσα, ἐνεφανίσθη
τῷ κόμητι. Καὶ ἰδόντες αὐτὴν οἱ περιστῶτες,
ἰθαύμασαν. Τότε τοῖς ὀδόντας ἐκρίζωθεῖσα, καὶ τῶν
χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν τοὺς δακτύλους ἀποκοπεῖσα,
ἐτελειώθη.

MUNI Τῶ ΑΥΤῶ.

E.

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ.

Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ

Χριστοῦ, ἕκαστος τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπελθὼν εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτῷ χώραν, ἐδίδασκεν. Ἐλαχε δὲ καὶ τῷ ἁγίῳ Θωμᾷ ἡ τῶν Ἰνδῶν χώρα. Καὶ ἀπελθὼν ἐν αὐτῇ, ἐκήρυττε τὸν Χριστόν. Πιστουσάσης δὲ διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως τῶν Ἰνδῶν, μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς, τῷ Χριστῷ, διεγνώθη ὁ Θωμᾶς, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως προστάξει, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακὴν, μετὰ καὶ ἑτέρων δεσμωτῶν. Δόντες δὲ χρήματα τοῖς στρατιώταις ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι, εἰσῆλθον πρὸς αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ἐβαπτίσθησαν. Καὶ μετὰ χρόνον ἱκανὸν ἐξ αὐτῶν ἐχειροτονηθήσαν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι. Καὶ ἐδίδασκον ἐπὶ τῷ ὄνοματι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γνοὺς τοῦτο ὁ βασιλεὺς καὶ ὀργισθεὶς, ἐξήγαγε τὸν ἀπόστολον προστάξας ἀποκτείναι. Ἀναγαγόντες οὖν εἰς τὸ ἀπέκτειναν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικήτα τοῦ ὁμολογητοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Νικήτας καὶ ὁμολογητῆς τοῦ Χριστοῦ, ὑπῆρχε συγγενῆς Εἰρήνης τῆς βασιλείσης, ἥτις προσελάβετο αὐτὸν, οὐ διὰ τὴν συγγένειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ ἠγωνίσαστο καὶ ἐγένετο ἐνάρετος, ὡς καὶ ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν ἱερᾷ συνόδῳ τὸ δεύτερον, ἐκ προσώπου τῆς δεσποίνης ἐξαποσταλῆναι, καὶ θεοαρέστως ἐν αὐτῇ διαπρέψαι. Ἐχων δὲ πολλὴν ἱκανότητα, τιμηθεὶς πατριάρχης, προεχειρίσθη, στρατηγὸς Σικελίας. Καὶ καλῶς ἐν αὐτῇ πράξας, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐλεήσας, ὑπέστρεψεν. Εὐρύων δὲ κρατήσαντα τῆς βασιλείας τὸν Εἰκονομάχον Λέοντα τὸν Ἀρμένιον, καταλιπὼν ἀξίωμα, πλοῦτον καὶ πᾶσαν δόξαν τοῦ κόσμου γέγονε μοναχός. Καὶ μαθὼν περὶ αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, καὶ θέλων αὐτὸν τιμωρήσασθαι, ἐμήνυσεν αὐτῷ, ἀποστεῖλαι τὴν εἰκόνα τοῦ Σωτήρος, ὅπως κατακαύσῃ αὐτήν. Μὴ πεισθέντα δὲ τοῦτο ποιῆσαι, ἐξώρισε, καὶ ἐν τῇ ἐξορίᾳ πολλὰ πειρασθεὶς, ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ Τῷ ΑΥΤῷ.

Ζ'

Ἀθλοισι τῶν ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάχχου.

Σέργιος καὶ Βάχχος οἱ ἐνδοξοὶ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, ὑπῆρχον ἐπὶ Μαξιμιανῷ τοῦ βασιλέως, ὠραῖοι τὸ εἶδος, καὶ τῷ βασιλεῖ περιβλεπτοί. Ὁ μὲν Σέργιος πριμικέριος ὁ δὲ Βάχχος δεύτερος αὐτοῦ. Ἀμφότεροι δὲ εὐλαβεῖς, καὶ σεβόμενοι τὸν Χριστόν. Διὰ τοῦτο καὶ διαβληθέντες τῷ βασιλεῖ, ἠναγκάζοντο θῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Καὶ μὴ καταδεξάμενοι, πρῶτον μὲν ἀφῆρησαν τῶν ἀξιωμάτων αὐτῶν, καὶ τῶν μανικίων. Καὶ τὴν ἀνδρικήν ἐκδυθέντες στολὴν, ἐνεδύθησαν ἱμάτια γυναικεῖα δημοῦμονοι μίσην τῆς πόλεως. Ἐπειτα ἐπέμψθησαν πρὸς τὸν τῆς Ἀγουουσιουπόλεως ἄρχοντα, ἐπὶ τῷ παρ' ἐκείνου τιμωρηθῆναι. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν περιεπάτει ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, ὁδηγῶν αὐτούς. Ἐἶτα πα-

apostolorum singuli in eam, quæ sorte sibi obvenerat, regionem profecti, docerent, obtigit sancto Thomæ Indorum regio, ubi Christum prædicavit. Cum autem ad Christi fidem uxorem regis Indorum ejusque filium convertisset, defertur ad regem, qui Thomam in carcerem cum aliis vinctis detrudi jussit. Corruptis autem pecunia militibus, regis filius cum matre, atque aliis non paucis, carcerem ingressi, ab eo baptizati sunt; et post idoneum tempus ordinati fuere ex his presbyteri, et diaconi, qui in nomine Christi docebant Quod ubi rex intellexit, iratus, eductum e carcere apostolum, et militibus traditum, jussit occidi. Abductum itaque sanctum in montem, lancea transverberantes, interfecerunt. τῆς φυλακῆς, καὶ παραδοὺς αὐτὸν στρατιώταις, ὄρος τὸν ἅγιον, μετὰ τῶν κονταρίων πλήξαντες

Eodem die

●● Commemoratio sancti Patris nostri Nicetæ confessoris.

Sanctus Pater noster Christique confessor Nicetas, Irenes Augustæ propinquus, ei non tam ob propinquitatem, quam ob suam virtutem acceptus erat. Sic enim in certaminibus ac virtutum exercitationibus excelluit, ut ad sanctam Nicænam secundam synodum, imperatricis legatus, missus fuerit; quo in munere egregie et insigniter, ut Deo placitum est, se gessit. Erat enim ad omnia præclare gerenda maxime idoneus. Quare patriatus honore cumulatus, Siciliæ strategus declaratur: qua etiam provincia optime administrata, multa præcipue erga viduas et pupillos benignitate usus domum rediit. Verum quia imperio potitus erat Leo Armenus Iconomachus, remisso dignitati, divitiis, omnique mundanæ gloriæ nuntio, monachus efficitur. Quod cum imperator rescivisset, volens illum tormentis subjicere, imperavit ut Servatoris imaginem mitteret, quo illum combureret. Sed cum id facere detrectaret, illum relegavit: qui in exsilio multis confectus ærumnis, decessit.

EODEM MENSE.

Die septima

●● Certamen sanctorum martyrum Sergii et Bacchi.

Sergius et Bacchus, gloriosi Christi martyres, Maximiano imperatore claruere, egregia corporis forma præditi, et spectabili apud eumdem imperatorem loco. Sergius enim primicerius erat, et Bacchus ab ipso secundus: uterque autem pius, et Christum colens. Quamobrem delati ad imperatorem, idolis sacrificare compelluntur. Sed cum ad id adduci nequirent, primum quidem dignitate, torque, et virili toga spoliantur: deinde muliebri stola induti, perque urbem circumducti, mittuntur ad Augustopoleos præfectum, ut ab eo torquerentur. In itinere vero præbait illis angelus Dei. Perducti igitur ad præfectum, Bacchus prior certamine in ipsi tormentis mortuus est: deinde Sergius

ceamentis ferreis, quas ad pedes acutis clavibus affixa erant indutus, et currere coactus, gladio vitam finivit.

Eodem die

100 *Certamen sanctæ martiris Pelagiæ.*

Pelagia martyr ex urbe Tarso fuit temporibus Diocletiani imperatoris. Cum autem Clinus episcopus multos ex Græcis baptizaret, ipsa vidit per quietem episcopum se ad baptismum adhortantem. Quare petita a matre venia, ut nutricem sibi convenire liceret, adiit episcopum, et baptizata est; traditaque post baptismum sua, quam episcopus in pauperes erogaret, maximi pretii stola, rediit ad matrem, quæ filiam in vii ac sordida veste conspicata, ea nequaquam admissa, in fletum erupit, et properans, filio Diocletiani, qui sibi Pelagiam desponderat uxorem, indicavit illam ad Christianorum sacra transiisse. Quod cum audisset adolescens dolore percussus, sibi manum intulit. Quamobrem Diocletianus ejus pater, ira adversus sanctam accensus, correptam jussit bovisæneo subjecto igne includi et cremari.

EODEM MENSE.

Die octava

101 *Commemoratio alterius sanctæ Pelagiæ virginis Antiochenæ.*

Sancta Pelagia, Numeriano imperante, in urbe Syriae Antiochia summo loco nata est; quam ubi urbis præfectus Christianam esse didicit, mittit milites, qui eam comprehenderent. Cum igitur milites abiissent, et domum ejus circumquaque obsedissent, ut illam raperent; id sancta conspicata, rogavit, ut paululum exspectarent, donec vestibus induta descenderet. Illis vero annuentibus, Pelagia erecto corpore, atque ad orientem in eo, ubi orare consueverat, loco conversa, manibus oculisque in cælum sublatis, diutius precata Deum est, ne in militum potestatem veniret, sed antequam comprehenderetur, casta et pura ad ipsum migraret. Hæc cum dixisset, seque ipsam honeste composuisset, spiritum Domino tradidit. Præfectus vero una cum suis, ea re cognita, obstupuit, et miratus est.

Eodem die

102 *Commemoratio sanctæ Pelagiæ quondam meretricis.*

Sanctissimus Antiochiæ magnæ patriarcha cogit aliquando subditorum sibi episcoporum concilium ob quoddam ecclesiasticum negotium. In eorum numero fuit et Nonnus sanctus episcopus qui cum populum doceret, et Pelagiam meretrix cum toto suo ornatu præteriret, lapidibus pretiosis, margaritis, atque auro onusta, luxuriosoque totius corporis culta: adhæc tanta unguentorum copia

ραστάντες τῶ ἔρχοντι, πρῶτος ὁ Βάνχος ἀγωνισάμενος ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις ἀπέθανεν. Ὁ δὲ Σέργιος ὑποδήμασι σιδηροῖς μετὰ ἡλίων ὄξινων τοῦς πόδας καθηλωθεὶς, καὶ τρέχειν ἀναγκασθεὶς, ξίφει ἐτελειώθη.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἐπισημασθεὶς τῆς ἁγίας μάρτυρος Πελαγίας.

Πελαγία ἡ μάρτυς ἐπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς πόλεως Ταρσοῦ. Κλίνου δὲ τοῦ ἐπισκόπου πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων βαπτίζοντος, ἡ ἁγία Πελαγία ὄρε κατ' ὄναρ χαρακτηρεῖται τοῦ ἐπισκόπου παρακαλοῦντα αὐτὴν πρὸς τὸ βάπτισμα καὶ ἀτήσασα τὴν μητέρα, ὡς δὴ πρὸς τὴν τροφὸν ἀπελευθερῆναι, ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἐβαπτίσθη. Καὶ μετὰ τὸ βασιτισθῆναι, δίδωκε τῶ ἐπισκόπῳ τὴν πολυτίμον αὐτῆς στολὴν δοῦναι τοῖς πτωχοῖς. Μετὰ ταῦτα ἀπελευθερῆσα πρὸς τὴν μητέρα, οὐκ ἐδέχθη παρ' αὐτῆς. Ἄλλ' ἰδοῦσα αὐτῆς τὴν ταπεινὴν στολὴν, ἔκλαιε, καὶ δραμοῦσα, ἀνήγγειλε τῶ υἱῷ Διοκλητιανοῦ, τῶ θέλοντι αὐτὴν εἰς γυναῖκα, εἰποῦσα, ὅτι γέγονε Χριστιανὴ ἡ Πελαγία. Ὁ δὲ ἀκούσας, καὶ λυπηθεὶς, τῶ ἰδίῳ ξίφει ἑαυτὸν ἀνέειλεν. Ὅργισθεὶς δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Διοκλητιανὸς κατὰ τῆς ἁγίας, καὶ ἀρατῆσας αὐτὴν, ἐπέβαλεν εἰς χαλκοῦν βουὴν ἐκπωρωθέντα, καὶ ἔκασσε.

ΜΗΝΙ Τῷ ΑΥΤῷ.

Η'

Μνήμη ἑτέρας ἁγίας Πελαγίας τῆς παρθένου, τῆς ἐν Ἄντιοχείᾳ.

Ἡ ἁγία Πελαγία, ὑπῆρχεν ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀπὸ Ἄντιοχείας τῆς Συρίας, γένους ἐνδόξου. Μαθὼν δὲ ὁ ἄρχων τῆς πόλεως, ὅτι Χριστιανὴ ἔστιν, ἀπέστειλε στρατιώτας τοῦ κρατῆσαι αὐτὴν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες περιεκύκλωσαν τὸν οἶκον αὐτῆς, βουλόμενοι τοῦ ἀρπάσαι αὐτὴν. Μαθοῦσα δὲ τοῦτο ἡ ἁγία, παρακάλεσε μικρὸν περιμειναι, ἕως ἂν ἐνδυσασμένη κατέβη. Τῶν δὲ πεισθέντων ἐπὶ τῇ ὀκνοῦσῃ, ἐκείνη σταθεῖσα πρὸς ἀνατολὰς ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ εἶθε προσεύχεσθαι, ἀνατείνας τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄρσασα εἰς τὸν οὐρανόν, προσήυξατο ἐπιπολὺ πρὸς τὸν θεόν, μὴ παραδοθῆναι τοῖς στρατιώταις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ κρατηθῆναι, πρὸς αὐτὸν ἀπελευθερῆναι ἀγνή καὶ καθαρὰ. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, καὶ σεμνῶς περιστείλασα ἑαυτὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Κυρίῳ. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ ἄρχων μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐξεπλήγη, καὶ ἐθαύμασεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τῆς ἁγίας Πελαγίας τῆς ἀπὸ δεσφιδίων.

Ὁ ἀγιώτατος πατριάρχης τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας προσεκαλέσατο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπους, διὰ τινὰ χρεῖαν ἐκκλησιαστικὴν. Ἐν οἷς ἦν καὶ Νόννος ὁ δεσπότης ἐπίσκοπος. Τούτου δὲ τοῦ Νόννου διδάσκοντος τὸν λαόν, γυνὴ τις πόρνη, ὄνομα Πελαγία, διήρχετο μετὰ τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτῆς, κοσμομένη λίθοις, καὶ μαργαρίταις, καὶ χρυσῶν, καὶ τῇ λοιπῇ φαντασίᾳ ὡς καὶ τὴν ἀέρα πληροῦσθαι

μόρου. Τῶν ἄλλων οὖν ἐπισκόπων ἀποστρεφάντων Α τοὺς ὀφθαλμοὺς, μόνος ὁ Νόννος ἔβλεπον αὐτὴν ἐτε-
νώς. Ἔϊτα κλαύσας, εἶπεν, ὅτι: Ταύτην ὁ Θεὸς μέλλει
προσαθεῖσθαι, φιλόανθρωπος ὢν. Καὶ μετὰ τοῦτο
πάλιν διδάσκοντος τοῦ ἐπισκόπου, ἤκροατο καὶ ἡ
Πελαγία μετὰ τοῦ λαοῦ. Καὶ οὕτως κατενόγη, ὡς
καὶ βαπτισθῆναι, καὶ δοῦναι τοῖς πτωχοῖς πάντα
τὸν πλοῦτον αὐτῆς. Ἔϊτα ἀπελθοῦσα εἰς Ἱεροσόλυμα
καὶ γενομένη μοναχῆ, τοσαύτην ἔσχε πρὸς Θεὸν παρ-
ρήσιον, ὡς καὶ θαύματα πολλὰ ποιῆσαι, καὶ οὕτως
τελειωθῆναι.

ΜΗΝΙ Τῷ ΛΥΤῷ.

Θ'

Ἀθληταί τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἰουδεντίου καὶ
Μαξίμου.

Οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες Ἰουδεντίος καὶ Μά-
ξιμος, ὑπῆρχον ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουλιανοῦ τοῦ
Παραβάτου, ἑνοπλοὶ πεζοὶ, περιπατοῦντες ἐν-
ώπιον αὐτοῦ, καὶ ἀγαπώμενοι παρ' αὐτοῦ διὰ τὴν
ἀνδρείαν αὐτῶν διατριβόντος δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς
Συρίας, καὶ προστάξαντος μianθῆναι τὰς πηγὰς,
καὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ τὰ πωλούμενα βρώματα τῶν
αἵματι τῶν θουσιῶν, ὅπως οἱ γενομένοι αὐτῶν, καὶ
μὴ θέλοντες μετέχωσι τῆς θουσίας τῶν εἰδώλων
ὄρωντας οἱ ἅγιοι, ἐστέναζον δακρῶντες. Ἔϊτα καὶ
ἐπὶ τραπέζης καθήμενοι καὶ ἐσθιοντες, θερμότερον
ἔκλαυσαν, καὶ εἶπον πρὸς τὸν Θεόν. Ἴνα τί, Κύριε,
παρέδωκας ἡμᾶς βασιλεῖ ἀποστάτῃ καὶ παρανόμῳ
παρὰ πάντα τὰ ἔθνη; Ταῦτά τις τῶν ὁμοεραπίζων
ἀκούσας, κατεμήνυσε τῶν Ἰουλιανῶν. Ὁ δὲ ὀργισθεὶς,
εὐθέως ἀποστείλας ἤγαγε τοὺς ἁγίους ἐνώπιον αὐτοῦ.
Καὶ πολλὰς αὐτοῦ καὶ χυλίστας βασανίας πρότερον
ὀποβαλῶν, καὶ μὴ παύσας ἀνήσασθαι τὸν Χριστὸν,
ὕστερον τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἀπέτεμε.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τῆς ὁσίας Ποπλίας τῆς διακόνου.

Καὶ ἡ ἁγία Ποπλία ἐπὶ Ἰουλιανοῦ ὑπῆρχε τοῦ
Παραβάτου, εὐγενῆς μὲν οὖσα, διάκονος δὲ τῆς ἐν
Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας Ἐκκλησίας καὶ περιβόητος
μὲν εἰς ἀρετὴν πρὸς ὀλίγον δὲ προσομιλήσασα γάμφῳ,
καὶ γεννήσασα Ἰωάννην τὸν ἀγμώτατον πρεσβύτερον.
ἔχουσα δὲ χορὸν παρθένων, ἐδοξολογεῖ τὸν
Θεόν. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ
στιχολογούσης τὸν ψαλμὸν τὸν λέγοντα: Τὰ εἶδωλα
τῶν ἔθνῶν ἀργύριον, καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν
ἀνθρώπων· ἑμοῖοι αὐτοῖς γίνονται οἱ ποιοῦντες. Ἐ
αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ παποιθότες ἐπ' αὐτοῖς! διήρ-
χτο ὁ Ἰουλιανὸς καὶ ἀκούσας προσέταξε σιγῆσαι.
Ἡ δὲ Ποπλία μᾶλλον μείζονα ἔφαλλε. Τότε ὀργι-
σθεὶς, ὁ Παραβάτης, καὶ ἀγαγὼν αὐτὴν ἐνώπιον αὐ-
τοῦ, προσέταξε τοῖς στρατιώταις τόπταιν αὐτὴν κατὰ
τοῦ προσώπου. Ἡ δὲ ἁγία ἐλέγξασα τὴν ἀθείαν
αὐτοῦ, ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, συνήθως
ψάλλουσα, καὶ δοξολογοῦσα τὸν Θεὸν μετὰ τῶν
λοιπῶν παρθένων. Ἔϊτα καλῶς βίωσασα, ἐν εἰρήνῃ
εἰτελειώθη.

¹ Psal. cxxii, 4.

perfusa, ut aer odoris fragrantia inficeretur: cæteris
episcopis oculos ab ea avertentibus, ipse solus
intentos in eam oculos defixit Nonnus: mox in
lacrymas erupit inquit: Hanc etiam Deus, qua
est in homines clementia, suscipiet. Quare cum
Nonnus docere, uti instituerat, pergeret, audivit
et Pelagia una cum populo; sicque compuncta
est, ut et baptizaretur, et omnes divitias suas in
pauperes erogaret. Deinde Hierosolyma profecta,
et monasticum institutum amplexa, tantam apud
Deum fiduciam nacta est ut et multa miracula
fecerit. Atque ita migravit ad Dominum.

EODEM MENSE.

Die nona

103 Certamen sanctorum martyrum Juventini, et
Maximi.

Christi martyres Juventinus et Maximus claruere
temporibus Juliani apostatæ, cui etiam iter facienti
pedites armati præcurrere soliti erant, cujusque
benevolentiam ob suam fortitudinem sibi concilia-
rant. Cum autem in urbe Syriæ Antiochia versa-
rentur, imperassetque ille victimarum sanguine
fontes, fluvios, venalesque cibos pollui et sædari,
ut qui ea degustassent, vel invitati, sacrificii idolo-
rum participes essent; sibi temperare sancti non
potuerunt, quin ingemiscerent, et lacrymarentur.
Cumque ad mensam accubissent, tum vero vehe-
mentius complorantes dixerunt: Cur nos, Deus, tra-
didisti imperatori apostatæ et prævaricatori præ
cæteris gentibus? Exceptit hæc verba qui proxime
assidebat, et detulit ad Julianum: qui, ira escan-
descens, statim sanctos ad se perductus, multisque
ac diris tormentis excruciatos, cum ad abnegan-
dum Christum illos inducere nequiret, capite
obtruncari mandavit.

Eodem die

104 Commemoratio sanctæ Publicæ diaconissæ.

Sancta quoque Publica temporibus Juliani apo-
statæ fuit, et nobili genere nata, et in Ecclesia
Antiochiæ Syriæ diaconissa; virtutibus quidem
celebris, quæque exiguo temporis spatio matrimo-
nii lege copulata, sanctissimum presbyterum Joan-
nem genuerat: chorum autem virginum habens,
hymnos Deo concinebat. Quadam autem die, cum
illius Psalmi verba magna voce caneret: « Simu-
e laora gentium argentum et aurum, opera ma-
num hominum; similes illis fiunt, qui faciunt
ea et omnes qui confidunt in eis »; præteriens
Julianus, idque audiens, tacere jussit. Sed tantum
abfuit, ut Publica taceret, ut majori etiam vocis
contentione psalleret. Quamobrem iratus Apostata,
ad se adductæ faciem cædi a militibus mandavit.
Illa vero objugata ejus impietate domum re-
gressa, more suo psallebat, et laudes Deo cum
reliquis virginibus celebrabat. Demum cum optime
vitam traduxisset, in pace decessit.

Eodem die

105 *Certamen sancti Dorothei, archiepiscopi Tyri.*

Dorotheus, vis celeberrimus, episcopus Tyri, qui universas Scripturarum historias callebat, cum persecutionis vitandae causa fugisset, post Diocletiani et Licinii mortem Tyrum rediit, et sanctam Dei Ecclesiam ad Juliani Apostatae tempora gubernavit. Sed cum Julianum occulte, non palam caedes Christianorum per praefectos suos perpetrare didicisset, Tyro discedens, in Thraciae regionem se recepit: non tamen ibi idololatrarum manus effugere potuit. Comprehensus enim a Juliani praefectis, et multis suppliciis excruciat, in ipsis tormentis, annos centum et septem natus, pro Christi confessione oblit, et beatam Christo animam tradidit, multa non medioeris utilitatis scripta relinquens.

αὐταῖς ταῖς βασάνοις, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, ἐπέθανε· καὶ παρήθετο τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Χριστῷ, πολλὰ καὶ ψυχωφελῆ συγγράμματα πρότερον συνθείς, καὶ καταλιπὼν.

Eodem die

106 *Certamen sancti apostoli Jacobi Alphæi.*

Jacobus, Christi apostolus, filius Alphæi, et frater Matthæi publicani et evangelistæ, verbum Christi prædicabat, et ea quæ ad æternum illius regnum spectant, omnes ad ipsum accedentes, Judæos et Græcos, docebat, magnamque hominum turbam in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizabat. Quod Judæi indigne ferentes, ejus interficiendi consilium ceperunt. Quare in unum locum coacti, comprehensum, multisque tormentis dire et crudeliter excruciatum, postremo virgis cæsum interemere; cum interim sanctus ad extremum spiritum laudes Domino nostro Jesu Christo tribueret, et gratias sancto ejus nomini ageret, quod illius ope et cooperatione diabolus, voluntatisque ejus ministros confudisset, atque vicisset. Et reddita hunc in modum beata anima, sepultus fuit.

EODEM MENSE.

Die decima

107 *Certamen sanctorum martyrum Eulampii et Eulampie.*

Eulampius Christi martyr, et Eulampia ejus soror, Nicomedienses, Maximiano imperatore, ut persecutionem devitarent, in montem se cum multis aliis Christianis abdidere. Profectus vero Eulampius in urbem ad annonam emendam, cum proposita in foro imperatoria edicta vidisset et legeret, comprehensus ab idolorum cultoribus, sistitur imperatori; et pertractus in idolorum templum, ut immolaret, precatus est Christum: collapsusque ad terram, et contritis idolis, torqueri cepit. Quod ubi cognovit Eulampia soror, descendit de monte, et in media turba fratrem complexa, sociam se certaminis illi adjunxit. In ferventem igitur cacabam ambo conjecti, et incolumes egressi,

A

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου Δωροθέου, ἀρχιεπισκόπου πόλεως Τύρου.

Δωροθέος, ὁ δοξιδίμος ἀνὴρ, ἐπίσκοπος γέγονε τῆς πόλεως Τύρου, πᾶσαν γραφικὴν ἐπιστάμενος ἱστορίαν. Καὶ ἦν μὲν φρονὴν διὰ τὸν διωγμὸν. Μετὰ τὴν τελευταίην διωκτικῶν καὶ Λικινίου, καταλαβὼν πάλιν τὴν Τύρον, διακούρνα τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν μέχρις Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου. Καὶ ἐπειδὴ οὐ φανερώς, ἀλλὰ κρυπτικῶς τὸ πρότερον διὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ ἐφόνευσεν ὁ Ἰουλιανὸς τοὺς Χριστιανούς, ἀκούσας ὁ ἅγιος Δωροθέος, ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς Τύρου, καὶ κατέλαβε τὴν χώραν τῆς Θρᾷκης. Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖ τὸν ἐκ τῶν εἰδωλολατρῶν θάνατον διέφυγεν. Κρατήθεις γὰρ παρὰ τῶν Ἰουλιανῶν ἀρχόντων, καὶ πολλὰς τιμωρίας ὑπομείνας, καίτοι γέρον ὢν, καὶ ἐκπυρρὸν ἐπὶ τῶν ὑπάρχων, ἐπέθανε· καὶ παρήθετο τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν τῷ Χριστῷ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἀθλησις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου.

Ἰακώβος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος, ὑπῆρχε μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλφαίου· ἀδελφὸς δὲ Ματθαίου τοῦ τελώνου καὶ εὐαγγελιστοῦ. Κηρύττων δὲ τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας αὐτοῦ πάντα τοὺς προσερχομένους αὐτῷ, Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, καὶ πολλοὺς βαπτίζων διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μὴ φέροντες οἱ Ἰουδαῖοι, βουλὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπισυναχθέντες, καὶ κρατήσαντες αὐτόν, καὶ πολλὰ τιμωρήσαντες ὡμῶς καὶ ἀπανθρώπως, τελευταῖον βάνδοις πληζάντας ἐφόνευσαν, δοξάζοντα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς· καὶ εὐχαριστοῦντα τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ὀνόματι, τῷ βοηθῆσαντι, καὶ συνεργήσαντι αὐτῷ, εἰς τὸ κατασχεῖναι, καὶ νικῆσαι τὸν διόβολον, καὶ τοὺς ποιοῦντας τὰ θελήματα αὐτοῦ. Καὶ οὕτω παραδοὺς τὴν μακαρίαν αὐτοῦ ψυχὴν, ἐτάφη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

I'

Ἀθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐλαμπίου καὶ Εὐλαμπίας.

Εὐλάμπιος ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, καὶ Εὐλαμπία ἡ αὐτοῦ ἀδελφή, ὑπῆρχον ἐκ τῆς πόλεως Νικομηδείας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατεκρύπτοντο, μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν Χριστιανῶν ἐν τῷ ὄρει. Κατελθὼν δὲ ὁ Εὐλάμπιος εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸ ἀγοράσαι τροφάς, καὶ ἰδὼν γράμματα προτεθειμένα εἰς τὴν ἀγορὰν τῶν βασιλικῶν διατάξων· καὶ ταῦτα σταθείς καὶ ἀναγινώσκων, ἐκρατήθη παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ παρέστη τῷ βασιλεῖ. Καὶ ἀναγκασθεὶς εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θῦσαι, εἰσελθὼν προσήξατο τῷ Χριστῷ· καὶ πρὸς τὰ εἶδωλα συντριβήσων. Βασανισθὲν δὲ αὐτοῦ διὰ τοῦτο, μασσοῦσα ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Εὐλαμπία τὸ γινόμενον, κατῆλθεν ἐκ τοῦ

δρους, και περιεπλάκη τῶ ἀδελφῶ μέσον τοῦ ὄχλου, **A** miraculo rei ducentos milites ad Christi fidem και συνηγωνίζετο αὐτῶ· ὅθεν ἐμβληθέντες εἰς λίβητα κοχλάζοντα, ἐξήλθον ἀβλαβεῖς. Καὶ ἰδόντες τὸ θαῦμα διακόσιοι στρατιῶται, ἐπίστευσαν τῷ Χριστῶ, και σὺν αὐτοῖς ἀπεκεφαλίσθησαν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βασσιανοῦ.

Ὁ ὁσιος Πατὴρ ἡμῶν Βασσιανὸς, ἦν ἐξ Ἀνατολῶν τῆς Σύρων χώρας. Ἐπὶ δὲ Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ γνωρίσας αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ἐτίμα αὐτὸν ὡς πατέρα τοσοῦτον, ὅτι και τὸν ναὸν ἔκτισεν ἐπὶ τῶ ὀνόματι αὐτοῦ, ὅστις μέχρι τῆς σήμερον ὑπάρχει. Τοιοῦτος δὲ ἦν ψυχωφελῶν και διδακτικὸς, ὡς πολλοὺς πείθειν τὸν κόσμον καταλιμπάνειν και μοναχοὺς γίνεσθαι. Ἐξ ὧν ἦν και ἡ ἀγία Ματρώνα. Ἐκληθῆνθη γὰρ ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ μέχρι τριακοσίων. Ἀλλὰ και θαύματα πολλὰ ἐποίησε· και τοὺς εἰς πταίσματα περιπεσόντας μεγάλα και εἰς ἀπόγνωσιν ἐρχομένους, συμπαθῆς ὧν, τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν ἐλυτροῦτο, και διὰ μετανοίας προσέφερε τῶ φιλανθρώπων Θεῶ. Ἦν δὲ και προορατικὸς, και προλέγων τὰ μέλλοντα, ὠφέλει πολλοὺς. Οὕτω δὲ βιώσας, ἐν βαρυτάτῃ γῆρῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε, και ἐταφη πρὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῶ δηλωθέντι αὐτοῦ ναῶ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβου τοῦ ἀσκητοῦ.

Ὁ ὁσιος Πατὴρ ἡμῶν Ἰακώβος ἐν ἀσκηταῖς μέγας ἐγένετο· νικήσας μὲν τὸν διάβολον, και νικηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, και περιπεσὼν, ἀλλὰ πάλιν νικήσας αὐτὸν γενναϊότερον. Οἰκήσας γὰρ ἐν σπηλαίῳ, και ἡσυχάσας ἔτη δεκαπέντε ἔλαβε παρὰ Θεοῦ ἕξουσίαν τοῦ διώκειν τοὺς δαίμονας. Θίλων δὲ αὐτὸν ὁ διάβολος ρίψαι εἰς πορνείαν και φονον, εἰσῆλθεν εἰς θυγατέρα πλουσίου τινὸς, και παρεσκύασεν αὐτὴν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἄγιον. Ἐρευνησάντες οὖν οἱ γονεῖς τῆς κόρης, και εὐρόντες τὸ σπήλαιον, ἀπήγαγον αὐτὴν πρὸς αὐτὸν, και παρεκάλεσαν θεραπεῦσαι· ὁ δὲ εὐξάμενος, ἐξήλασεν ἐκ τῆς κόρης τὸν δαίμονα. Καὶ φοβηθέντες οἱ γονεῖς αὐτῆς, μήπως εἰσέλθῃ πάλιν εἰς αὐτὴν ὁ δαίμων, ἀφήκαν ἐκεῖ, ἕως οὗ τελείως ὑγιάνῃ. Ἐφθειρεν οὖν τὴν κόρην ὁ ἀκητής· εἶτα ἐφόνευσε· και φοβηθεὶς, ἔφυγε. Καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν μεταμεληθεὶς, εἰσῆλθεν εἰς τάφον κλαίων· και τοσοῦτον ἐκαθαρίσθη τῆς ἀμαρτίας, ὡς ἐν ἀβροχίῃ δι' εὐχῆς ὅτεδὸν καταγαγεῖν· και οὕτω τελειωθῆναι.

ΜΗΝΙ Τῷ ΑΥΤῷ.

ΙΑ'

Μνήμη τῶν ἁγίων Ζηναΐδος και Φιλονίλλης τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς..

Ἡ ὁσία Ζηναΐς μετὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς Φιλονίλλης, ὑπῆρχεν μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ταρσοῦ, συγγενῆς οὖσα τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου. Με-

Eodem die

108 *Commemoratio sancti Patris nostri Bassiani.*

Sanctus Pater noster Bassianus, ex orientali Syrorum regione oriundus, Marciano pio imperatore, Constantinopolim profectus, ob virtutem suam imperatori statim innotuit, qui non modo eum tanquam patrem colebat, sed et ædes illius nomine, quæ ad hunc usque diem exstant, ædificavit. Fuit enim ad docendum appositissimus, ut multis persuaderet, relicto sæculo monasticam vitam agere: in quorum numero fuit sancta Matrona: crevitque discipulorum ejus numerus usque ad trecentos. Ad hæc multa miracula patravit. Præterea si quis in gravissimum aliquod peccatum lapsus esset, et idcirco de sua salute desperaret, vir sanctus pari cum eo dolore suscepto, non prius conatu desistebat, quam lapsum e diaboli manibus ereptum, per pœnitentiam ad Deum clementissimum adduceret. Insuper prophetiæ dono illustris, cum futura prædiceret, multis profuit. Exacta per hunc modum vita, confectus senio migravit ad Dominum, et a discipulis suis in ædibus, quæ ejus nomen præferunt, sepultus est.

Eodem die

109 *Commemoratio sancti Patris nostri Jacobi ascetæ.*

Sanctus Pater noster Jacobus magnus asceta, cum sæpe victoriam de diabolo retulisset, victus et ipse aliquando, tamen iterum eum eo congressus, superior e prælio discessit. Nam cum in spelunca annos quindecim tranquille egisset, dataque ipsi esset a Deo fugandorum dæmonum potestas, commotus invidia dæmon, sanctum virum in stuprum et homicidium pellexit. Ingressus enim cujusdam divitis filiam, suggessit ut Jacobum imploreret. Perscrutati igitur parentes puellæ speluncam, ductam ad sanctum filiam, rogarunt, ut liberaret: qui, adhibita prece, propulsi ab ea dæmonem. Parentes vero veriti ne iterum a dæmonio corriperetur, ibi eam reliquerunt, quoad libera omnino redderetur. At asceta vitia vitia puellam, et occidit. Quare timore percussus, in fugam se conjecit. Sed in via pœnitentia ductus, effususque in lacrymas, in sepulcrum se abdidit: ubi peccatum sic expiavit, ut in magna siccitate imbrem de cælo imtraverit. Atque item finem vivendi fecit.

EODEM MENSE.

Die undecima

110 *Commemoratio sanctarum Zenaidis et Philonillæ sororum.*

Sancta Zenais cum sorore Philonilla, ex urbe Tarso fuit, sanguinis propinquitate sancto apostolo Paulo conjuncta. Et primum quidem medicinam

quotannis parentari, sibi vero bis, etc. Epicurei Scito Roma sunt eiecti, eosdem expulere Messenii in Arcadia, iisque expulsis totam urbem a Timuchis, magistratibus suis, fecerunt purgari velut sordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In Creta quoque Lyctii (68) quosdam Epicureos, illuc profectos, expulerunt, legemque tulerunt: «Epicurei curei sapientis effeminatæ et degeneris ac turpis inventores diisque invisus per præconis vocem Lycto excedere jubentor,» etc.

Epigenes, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἡρώτων, Μνημάτων, Βαχχέλ (aut uti Kuster ex Athenæo IX, pag. 184, malit Βάχχα). Athenæo memoratæ. Duarum aliarum nomina addit Kust.

Ἐπιγράμμα. Omnes inscriptiones, quamvis non constant versibus, dicuntur epigrammata.

Epylicus, poeta comicus. Ex fabulis ejus est κοραλλισκος, ut testis est Athenæus, lib. IV, pag. 133 et 146, ubi scribitur Κωραλλισκος.

Epimenides, Phæsti aut Dosiadæ aut Agiasarchi F., matre Blasta, Cretensis Cuossius, poeta epicus. Hujus animam ferunt corpore excessisse, quandiu ipse voluisset, et postea in illud reversam esse, ceterumque longo post mortem ejus tempore inventam γράμμασι κατῆκτικτον, litteris notatam. Unde proverbium ἐπιμενίδιον δῆρμα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX, ut et septem sapientes Græciæ antecesserit ætate, vel saltem illos attigerit. Hic jam senex Athenas, Cylonio scelere pollutas, lustravit Olymp. XLIV. Scripsit multa versibus: itemque oratione prosa, mysteria quædam et lustrationes et alia ænigmatica. Ad hunc Solon legislator scripsit, reprehendens urbis lustrationem. Vixit annos CL et sex continuos dormivit.

Epinicus et ipse comicus, ex ejus fabulis Ἵποβάλλόμενα Athenæo memoratæ.

Epiphanius, Ulpiani F., Petræus, sophista, qui et in patria, Petra, et Athenis docuit. Scripsit Ἐπὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων «De iis quæ status causarum inter se communes habent et in quibus differunt. Progymnasmata. Declamationes. Orationes Demarchicas. Orationem Polemarchicam λόγους ἐπιδεικτικούς, sive *Eloquentiæ specimina* et *Theoremata* quædam *miscellanea*.

Epiphanius, episcopus Constantiæ, urbis Cypri, olim Salamis dictæ. Scripsit contra omnes hæreses, libros, qui *Panaria* vocantur. Item alia multa, quæ a doctis propter res ipsas, ab indoctis propter stilum leguntur. Decessit in extrema senectute.

Epiphanius, episcopus Selybriæ, sive Olibriæ. Scripsit λόγον ἀντιβῆρτικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde utilem contra eos qui imaginæ cremabant.

Epiphanius et Euprepus, Alexandini, initiorum sive mysteriorum, apud Alexandrinos receptorum peritissimi: Euprepus quidem illorum, quæ Persica

(68) Confer *Tristanum*, tom. I, pag. 445.

vacabantur; Epiphanius illorum, quæ in Osidiris honorem celebrabantur, et celebratissimi Dei Æonis, etc. (Ex Damascio.)

Epistola (IX) Juliani parabatæ, ad Porphyrium, catholicum, quæ jubet copiosam Georgii (Cappadocis) bibliothecam omnis generis philosophis, multis etiam commentariorum scriptoribus referatam, in quibus et multa ac varia Galilæorum scripta, universam ad se Antiochiam transmitti.

Ἐποποιὰ, sic vocatur historia heroico versu scripta. Nam poesis, quæ caret fabula, est epopœia.

Erasistratus, Juliates Ceius ex Juliade, Cei insulæ oppido, filius Cretoxenæ, Medii medici sororis, et Cleombroti. Hic Antiochum regem, Stratonices novercæ amore laborantem, sanavit. Sepultus est juxta montem Mycalen. e regione Sami. Scripsit *De re medica libros IX.*

Eratosthenes, Aglaï vel Ambrosii F., Cyrenæus, Aristonis, philosophi, Chii. et Lysaniæ, Cyrenæi, grammatici, et Callimachi, poetæ, discipulus. Arcessitus Athenis a Ptolemæo tertio ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere secundum locum teneret et viris summis proximus esset, *beta* vocatus est. Alii eum Platonem secundum vel juniorem, alii πένταθλον et quinquercionem appellarunt. Natus est CXXVI Olympiade, obiit ætatis anno LXXX, ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto insigni discipulo, Aristophane, Byzantio, cujus discipulus fuit Aristarchus, hujus vero Mnaseas, Menander et Aristis. Scripsit philosophica, poemata et historias. *Astronomiam* sive *catasterismos* de iis qui inter astra relati sunt. Item *De philosophorum sectis. De vacuitate doloris. Dialogos* multos et multa *grammatica.*

Erennius cognomen fuit Philonis Byblii, ut ipse dicit.

Erinna, Teia vel Lesbia, vel, ut alii, Telia, ex Telo, parva insula prope Cnidum fuit ἔποποιός, poetria epica, scripsitque Ἠλακίτην, quod est poema, Æolica et Dorica dialecto scriptum, versibus CCC. Fecit et epigrammata. Obiit virgo, XIX annos nata, amica et æqualis Sapphonis. Versus ejus judicati sunt Homericis pares,

Eriphus, comicus, ex cujus dogmatibus Διδόλος, πελταστής, μελίβοια, ut Athenæus, libro xiv *Dipnosophist.*

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσας, *Massiliam navigans*, de iis dicitur, qui effeminate et molliter vivunt, V, supra, ἐκ Μασσαλίης, et Athen. XII, pag. 523.

Ἐσχάτος Μυσῶν κλειῖ, *Mysorum ultimus navigat*, proverbium de iis quibus dura et difficilia imperantur, etc.

Essæi, ascetæ inter Judæos, qui Phariseos et scribas severitate disciplinæ longe superarunt, ἐπιμελοῦνται τῆς ἡθικῆς λέξεως, θεωροῦσι δὲ τὰ

πολλὰ παραμένουσιν, dictionem ethicam et in contemplatione plerumque perseverantem. de etiam vocantur Essæi, i. e. θεωρητικοὶ *templatores.*

Evagoras, Lindius, historicus, scripsit: « Timagenis et aliorum doctorum virorum « tiones, ordine alphabetico; Thucydidi: « rhetoricam libris V, De dictionibus « ac controversis apud Thucydidem; Historiæ « gnum Ægyptorum. »

Evagrius varia scripsit et inter ea *Conarium* in Proverbia Salomonis.

Evangelus, comicus, e cujus dramatibus λυπτόμενος apud Athenæum. (lib. xiv, pag. 102) Sed ibi fabula hæc appellatur Ἀνακρίων, notante Kustero, ad tom. I, pag. 880.]

Evathlus, orator improbus, garrulus et bilis.

Eubulus, demagogus clarissimus.

Eubulus, Sphettius Atheniensis, Euphratiæ comicus. Docuit fabulas CIV, vixitque Olympiadi medio inter mediam et veterem cœnæ tempore. V. notam Kusteri.

Euclides, ex Megaris, in Isthmo situs, philosophus, auctor sectæ quæ ab ipso Megarica vocata aliis et Eristica. Fuit Socratis discipulus et eique Ichthyas et postea Stilpon in schola discipulus. Scripsit dialogos, « Alcibiadem, « Critonem, Phœnices, Lampriam, « et alia quædam.

Eudæmon, Pelusiota, grammaticus, et *banii* sophistæ, ad quem etiam diversa hic varia compositi « Poemata, et « maticam et Orthographiam rominæ

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρχίνου στροβίλου, *et felicissimus*, in Carcini poetæ filius, etc.

Eudemus, orator, varia scripsit et præferenda con utilissimum verborum, quibus optima et optima quique scriptores utuntur, ordine alphabetico [Kuster, in not. 2, tom. I, pag. 885, etc.] quæ hodie in diversis exstant bibliothecis *et Eudemi*, rhetoris, nomen præferunt, *et Eudemi* esse existimati.]

Ἐὺ δὲ δάειν. Hanc formulam salutandi episcopi suis præscripsit Epicurus. Cleon vero Ἐὺ δὲ δάειν. Plato εὖ πράττειν.

Eudoxius, episcopus Antiochiæ, ex Arabiæ oppido minoris Armeniæ oriundus, cujus *et Eudoxii* Cæsarius, sub Maximiano martyrii corona redemptus est, etc.

Eudoxus, Æschinis F., Cnidius, philosophus, et *et Eudoxi* tonis æqualis, cui fuere tres filii, Aclis, Delphi, Philitis. Astrologiæ insigniter deditus *fuit scripsit* que plura ejus generis et *Octasteridem*, necnon « Astronomiam (69) versibus heroicis »

Evenos, duos aiunt fuisse elegiacos poetas, *et* que ambos Parios.

(69) Non Eudoxus versus scripsit, sed Aratus Eudoxi prosa.

ὄν, *animi tranquillitatem* Democritus, Abde-
 ocuit finem esse et summum felicitatis, etc.
 erius, Joviniani imp. temporibus doctrina
 a et ingenii præstantia antiquis non inferior,
 ai ex molli simplicitate multos insontes
 est iudicii laqueis irretiri.

nius, Trophimi, F. Augustopolitanus, Phryx,
 raticus, docuit CPoli, ubi valde clarus fuit
 enex tempore Anastasii imp. Scripsit de
 sione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis
 ipidis in fabulis XV. De pæonio et palimbac-
 netro; de nominibus templorum et quomodo
 offerri debeant, ut Διονύσειον, Ἀσκληπείον.
 ula miscellanea ordine alphabetico, in quo
 etiam nova quædam et singularia habet ad
 tum, spiritum, scripturam, fabulam aut prover-
 pertinentia; de nominibus, in a desinentibus,
 siz vel ἐνδίζ, et quando ea bifariam efferant-
 tem alia quædam iambica trimetra.

ογον ἀξιωμα, *axioma probabile*, differt a
 ηπεικῆ φαντασίᾳ, s. comprehendente phan-
 Cleanthes philosophus, appositis ipsi jussu
 mæi regis malis punicis cereis, negavit se,
 viso assensum, sed tantum probabile pu-
 , etc.

olpidæ ab Eumolpo, Thrace, qui rationem
 andi invenit, vel a Musæi filio, qui fuit a se-
 lo quintus.

molpus, Eleusinius vel Atheniensis, filius
 æi, poetæ, et, ut quidam tradunt, discipulus
 heï, poeta epicus ante Homerum. Vicit etiam
 ia. Ad lyram enim poetæ de palma inter se
 abant. Scripsit Τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cere-*
 ejusque ad Celeum adventum et ministeria,
 bus ejus tradita, eaque omnia versibus heroicis
 M, *Chiroscopicorum* librum unum, prosa ora-
 te.

unidæ apud Athenienses familia citharædorum,
 ris inservientium.

unomius, tempore Valentis imp. episcopus
 icenus, notarius Actii, quem cognominant
 eum, cum quo diu versatus, sophisticum ejus
 serendi modum imitatus est. Ejus *septem libri*
epistolæ ad Romanos et aliæ quæ circumferun-
 r, lucubrationes, verborum quidem copia abun-
 ntes, at sententiarum inopes. Ex Socratis Hist.
 cles. iv, 7.

Evodus, Rhodius, poeta epicus, Neronis tempore
 xit, poeta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli
 stant.

Euphorion, filius Æschyli, tragici, Atheniensis,
 agicus et ipse: qui fabulis, quas pater ante in-
 icem non ediderat, certans quater vicit, scripsit
 t ipse quædam dramata.

Euphorion, Polymnesti F., ex Chalcide Eubœæ,
 discipulus in philosophicis Lacydis et Pritanidis:

in poeticis vero Archebuli, Theræi, poetæ, cujus
 etiam deliciæ fuisse fertur. Natus est Olympiade
 CXXVI, quo tempore et Pyrrhus a Romanis victus
 est. Eum Nicia Alexandri, regis Eubœæ, Grateri
 filii, uxor amavit; hinc prædives ad Antiochum
 magnum, regem Syriæ, se contulit et ejus biblio-
 thecæ præfectus, ibidem defunctus, Apameæ, vel ut
 alii, Antiochiæ, sepultus est. Libri ejus versibus
 heroicis scripti sunt hi: *Hesiodus*, Μοψοπία ἢ
 ἄτακτα, *Mopsopia* sive *Miscellanea* libris v, opus
 continens historias micellas, inscribiturque Mo-
 psopia, quia Attica olim ita dicta est a Mopsopia,
 filia Oceani. Desinit in Attica Chiliade; nam liber
 quintus inscribitur ἐπιγράφεται ἢ πέμπτη (scil
 βίβλος), χιλιάς περί χρησμῶν (70), *Chilias de ora-*
culis, quæ post mille annos eventus comprobavit.
 Disputat enim adversus eos qui ipsum, deposita
 apud illos pecunia fraudarant, docens eos vel multo
 post tempore pœnas, daturus esse.

Eupithius et Archiadas, duo Hegiæ (philosophi),
 filii, de quorum ingenio et moribus quædam ex
 Damascio, etc.

Eupolis, Atheniensis, comicus, qui annos natus
 XVII, in scena certare cœpit ediditque fabulas
 XVII, vicit septies, Idem in bello contra Lacedæ-
 monios naufragio in Hellesponto perit. Unde lex
 lata est, quæ poetas vetuit militare. Fabulæ ejus
 sunt: Αἴγας, Ἀστράτευτος ἢ ἀνδρογόνη et aliæ.

Ἐὺ πράττειν, hanc formulam salutandi Plato
 epistolas XIII, easque morales. Vide supra, εὖ
 διάγειν, et Cleon, χαίρειν.

Eurybatus, i. e. *homo malus*. Ductum est pro-
 verbium ab Eucybato quodam; variorum opiniones
 atque interpretationes. Vide apud Suidam; adde
 Kusteri Notas.

Euripides, Atheniensis, tragicus antiquior ce-
 lebri illo Euripide. Docuit fabulas XII, vicit bis.

Euripides, Mnesarchi seu Mnesarchidæ et Cli-
 tonis F., non ex matre, olerum venditrice, sed ex
 genere nobilissimo, ut demonstrat Philochorus.
 Natus fuit eo die quo Græci Persas fugarunt. Initio
 pictor, deinde Prodicus in rhetoricis, Sacratius vero
 in doctrina de moribus et in rebus philosophicis
 discipulus. Audivit etiam Anaxagoram quem cum
 vidisset in discrimen capitis ob dogmata venisse,
 animum ad tragœdiam appulit homo severis mo-
 ribus ac tristis, unde et μισογόνης sive mulierum

osor est existimatus, Duxit tamen Choerinam, Mne-
 silochi filiam, ex qua Mnesilochum, Mnesarchidem
 et Euripidem suscepit. Hac repudiata, alteram
 æque impudicam est expertus. Athenis relictis
 apud Archelaum, Macedoniæ regem, in summo
 vixit honore, sublatus, ut aiunt, a canibus per
 insidias Arrhidæi, Macedonis, et Cratevæ, Ther-
 sali, poetarum, ipsi invidentium: vel lacerata a

(70) Kuster malit legere ἐπιγρ. δὲ χιλιάς, ἢ περί
 χρησμῶν, omisso vocab. πέμπτη, et sic vertit, sed

admissa Fabric. interpretatione et eKlippi, nil erit
 mutandum. HARL.

mulieribus, cum noctu Craterum, Archelai delicias, vel uxorem Nicodemi Arethusii peteret. Annos aiant vixisse LXXV, ossaque ejus Pellam, jubente rege translata. Fabulæ ejus LXXV, vel, ut alii, XCII: ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinque, quater adhuc superstes, semel vero post obitum fabulam ejus in scena exhibente Euripide, fratris ipsius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade CXIII. Conf. Kusteri not.

Euripides, tragicus, prioris ex fratre nepos, ut tradit Dionysius in Chronicis. Scripsit Ὀμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam, nisi fortasse ea alterius sit. Fabulæ ejus sunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euschemus, comicus. Ex fabulis ejus Ἐμπολὴ, teste Athenæo.

Eusebius Pamphili, Arianæ sectæ addictus, Cæsareus Palæstinæ episcopus, sacrarum Scripturarum insigniter studiosus et divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa edidit opera, inter quæ sunt ista: *Evangelicæ demonstrationis libri XX. Evangelicæ Præparationis libri XV. Theophaniz libri V. Ecclesiasticæ Historiæ libri X. Canones chronici variz historiæ, et eorum Epitome. De evangeliorum dissensione. In prophetam Isaiam libri X. Contra Porphyrium*, qui tunc, ut quidam putant, in Sicilia scribebat, libri XXX. Τοπικῶν, sive *De locis sacris libri III. De Origine libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuscula. In *Psalmos CL* Commentarios eruditos, et multa alia. Floruit maxime temporibus Constantini imp. ac Constantii, et ob amicitiam, quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercessit, ab eo cognomentum sortitus est. Scripsit etiam *Ad Marinum*, in quo opere dicit Christi Ecclesiam duo vitæ genera et instituta præcipere, quorum unum sit excellens et supra communem vitæ humanæ rationem positum. quale est monachorum; alterum minus sublime et communi hominum vitæ accommodatum, quod nec a conjugio abhorreat.

Eustathius, Epiphaniensis, scripsit *Compendium chronicum rerum*, ab Ænea usque ad Anastasium imp. gestarum *libris (71) novem*.

Eustathius, Sebastianus, cum Basilio Ancyrano, D ejusdem urbis episcopo, sectæ Macedonianæ caput fuit.

Eustephius, Aphrodisiensis, sophista unus ex illustribus Adrottorum, quæ est urbs Lydiæ, incolis. Scripsit *declamationes*.

Eustochius, Cappadox, sophista. Scripsit *Cappadociæ et reliquarum gentium antiquitates, et τὰ κατὰ Κώσταντα τὸν βασιλεῖα (72), res gestas ab imperatore Constante*.

(71) Evagrius, v, 24, libros tantum duos fuisse testatur.

A Euthycles, ex cujus comædiis *Ἐπιστολὴ*, teste Athenæo in *Diphosophicis*.
Euthydemus, magister Apollonii Iasonensis Cilix, etc. (Ex Philostrato).

Euthymenes archon Atheniensis, subrogatum est decretum archonte Morychidæ, quo comicis adimebatur libertas aliquatenus perstringendi.

Eutropius, Italus, sophista, Historiæ *Compendium* Latina lingua scripsit, alibi apud Suidam sequuntur: Eutropius, tutor Theodosii imper., et Eutropius, precubriculi Arcadii imper. homo sceleratissimus.

Eutyches, CPoli monasterii prefectus, sectæ Manetis et Apollinaris tertius defensor. **B** (Ex Theodoro Raithuensi.)

Euxenus, vir non admodum probus, vitam deditus, et Epicuri moribus imbutus. Euxenæ vero opinioniones ita cognoscebat, quæ discunt ab hominibus, χαίρει vel εὐχεται et Ζεὺς ἤλωος. Apollonius puer Euxenus habebat, sed ad decimum sextum annum præceptam Pythagoricam vitam se contulit, Euxenæ amare non desiit, etc. (Ex Philostrato).

Ἐξ ἀμάξης. Apud Athenienses festum in quo poetæ, plaustris insidentes, certationibus risus movendi gratia, quod *Δρομὸν* dicit, ἐξ ἀμάξης, ex *plaustro*. Chorus *Lenaites* vocabatur *Lenaites*.

Ἐξηγηταί. Tres erant exegetæ *grammaticis* designati, quibus curæ erat *linguæ* aliquo piaculo obstricti essent. Sic *legum* patriorum institutorum et *jurium* peculiariter, interpretes sacrorum, *et* inferiis aliisque *Juribus defunctorum* respondebant.

Ezechias. Exstabat liber *Salomonis* omnium morborum continens, qui *lemniscus* erat. Hunc Ezechias *obolevit*, quæ mentem ad Deum non adverteret, sed quæ ægri essent, curationes inde *peterent*, ac divini Numinis invocatione.

F

Fabius pictor, historicus Romanus. Hic *ait* Romanorum magistratum licere quidquam *publicum*, in privatos usus *convertere*.

Falcidia lex a Cæsare Caio Octavio *latæ* maximam etiam nunc *auctoritatem* habens *hereditatum* successioneibus a Falcidio, *tribus* plebis, inventa.

Faunus, Pici seu Jovis F., quem nomine *plumbæ* Mercurium appellabant. Hic fuit *astronomus* tallaque auri, argenti et ferri invenit, *eorum* tractandorum rationem Occidentales *docuit*. Hic etiam ab indigenis vocatus *πλουτοδότης*, *plu-* *donator*. Insiidiis appetitus a fratribus in *Egypto*

(72) Ita Cangius, pag. 31, ad Zonaram, et *Edocæ* loniis *mas.* [s. pag. 166, ed. Villois.]

in tribum Chami, filii Noe, a quibus suscepum ipsis habitavit. Idem aurea stola indutus cura prædicens divitiasque eis impertiens, nam Deus ab ipsis cultus est.

Corinus, Arelatensis Gallus, sexu hermaphroditus, eruditissimus et philosophiæ peritissimus, ricæ in primis addictus. Floruit tempore ni imp., vitamque produxit usque ad Hadrianium. Æmulatus est Plutarchum, Chæronen-innumeris pene libris conscribendis. Scripsit philosophica et historica, quorum magnus est erus. Ex ipsius libris sunt isti: « De Homeri philosophia; de Socrate et arte ejus amatoria; Platone: De philosophorum victu, » et alia. etiam γνωμολογικά, dicta sententiosa scripsit. Kuster, not. tom. III, pag. 572.

Februarius mensem, a quodam consule, Februatio Gallo, quod is invidia ductus Camillum mendacia expulisse Urbe, deinceps autem ipse, illo post Brennum profligatum recepto suamque dicente causam, turpiter ex Urbe esset ejectus, nudatus, junceaque storea circumdatus et vis cæsus, fuisse denominatum, cæterisque visibus factum breviorum, Suidas forsan ex Igonio quodam narrat, sed Kuster, jure, nugæ meras, judicat.

Laminius ὄχλοκόπος καὶ δημαγωγὸς τέλειος, orator rudi vendibilis et qui ad populum dido supra modum voleret, cæterum ad rem publicam administrandam ineptus. (Ex Polybio, cap. 80.)

Fronto, Emisenus, orator, qui Romæ, temporibus Iulii imp., vixit. Hic Athenis æmulus fuit Philostrati primi et Apsinis, Gadareni, ibidemque octo annos circiter LX natus, et Longinum, criticum, sororis, Frontonidis, filium hæredem reliquit. Scripsit orationes multas.

Fulvia (Φουλουτῆ), Antonii uxor. Hæc Ciceronis pro amputatum genibus suis imposuit, cumque ei contumeliosissime illusisset atque illud conspuisset, tandem diducto ore extractam ejus linguam acu, qua genibus capillis utebatur, punxit, additisque multis et gravibus probris, pro rostris exponi jussit, ut, pro loco adversus ipsam olim concionans auditus uerat, ibidem caput ejus præcisum spectaretur.

G

Gaius, Arabs, sophista, discipulus Apsinis, Gadarensis, vixit Maximini et Gordiani temporibus, et scripsit De constructione libros V, item Artem rhetoricam et Declamationes. Idem Beryti docuit eloquentiam.

Galenus, medicus celeberrimus, Pergamenus, qui Marci, Commodi et Pertinacis temporibus Romæ vixit, Niconis, geometræ et architecti, F., composuit medica et philosophica, itemque grammatica et rhetorica, quæ, ut omnibus nota, recensere supervacaneum duxi. Vixit annos LXX.

Genethlius, Genethlii F., ex urbe Petris, sophista, Minuciani et Agapeti discipulus, æmulus Athenis

Callinici. Memoria ita valuit, ut declamationem semel auditam, repeteret. Obiit juvenis, annos natus XXVIII. Scripsit Ἀλλιάς sive Διαλίξεις, « Allocutiones et » Μελέταις « Declamationes, » inter quas est « Exsul seipsum vendens post Thébarum excidium Propempticum ad amicos suos, » Dadium et Asclopiadem. « Orationes panegyricas. » Gennadius, patriarcha CPol., conspectum ab eo φάσμα δαιμόνιον, etc.

Georgius, Magnæ Ecclesiæ diaconus et chartophylax, cognomine Pisides. Scripsit Hexæmeterum, sive De opificio mundi, quod tribus fere militibus versus iambicorum constat: « De Heraclio imp. et bello Persico; » ad hæc oratione soluta « Abarricaria et Encomium Anastasii martyris. » Kusteri not. 1, pag. 475.

Gesius (Γησιος), Petris oriundus, Zenonis imp. temporibus arte medica clarissimus fuit, et Domni, Judæi, præceptoris sui, gloriam penitus obscuravit, etc. Heraiscum, cum Zenonis jussu quæreretur, domi suæ occultavit, et deinde in fuga defuncto justa persolvit. Basilicus ideo ab imp. missus Agapium et cæteros philosophos comprehensos in prætorium abduxit. (Ex Damascio.)

Γνώθη: σακυτόν, τὸ νόμισμα παραχάρξον, præcepta Pythica, « Nosce te ipsum » et « opinionem vulgi » contra « temne; » et: « Non veritatem, sed nomisma adulate- ra. »

Goetiam, magiam, pharmaciæ Medi et Persæ invenerunt. Magia est evocatio dæmonum beneficorum, boni alicujus efficiendi causa; qualia sunt Apollonii Tyanensis θεσπίσματα, « præcepta et oracula; Goetia, » ἀπὸ τῶν γόων, « a lamentis, » quæ circa sepulcra audiuntur ita dicta est, per quam animæ defunctorum evocantur ab inferis. Pharmacia veneficium, per quod alicui pharmaca lethalia vel philtrea præbentur. Magia et astrologia e Magusæis, id est Persis, orta est. Persæ Μαγὼν sive Μαγουστῶν ab indigenis vocantur.

Gorgias, Charmantidæ F., frater Heredici medici, Leontinus, rhetor, Empedoclis discipulus, magister Poli, Agrigentini, et Periclis et Isocratis et Alcidas, Eleatæ, qui et in schola ipsi successit. Porphyrius eum refert ad Olympiadem LXXX, sed antiquior est. Rhetoricam primus in artem redegit, etc. A singulis discipulis centum exegit minas; vixit annos CIX et multa scripsit.

Gratianus imp., Valentis sævitiam in Christianos detestatus, omnibus, lege lata permisit, ut secure ac libere conventus in ecclesiis propriis agerent, solis Eunomianis, Photinianis et Manichæis conventicula ademisset.

Gregorius Nazianzenus in Cappadocia, Basilii, Cæsariensis, amicus, grammaticus et poeta excellens, multo magis insignis philosophus et orator ἀμφιδεξίος, peritissimus fuit. Multa scripsit oratione soluta ad τρεῖς μυριάδας στίχων, ad versuum triginta millia. Ex his sunt: « De obitu fratris Cæsariæ; » Oratio funebris in patrem suum; altera « sororem Gorgoniam; De pauperibus amandis; »

« des Machabæorum ; Laudes Cypriani ; Laudes Athanasii ; Laudes Heronis philosophi ; Contra Julianum imp. orationes ; De Spiritu sancto oratio una ; « Orationes panegyricæ X, » aliæque plurimæ, quæ omnibus notæ sunt. Seculus est genus dicendi, quo usus est Polemo, Laodicensis, qui Smyrnæ eloquentiam docuit et Aristidis rhetoris præceptor fuit. Scripsit et librum versibus hexametris, in quo *Virginilas et Conjugium* inter se colloquuntur. Item de aliis argumentis diverso et omnifario genere carminis ad versuum triginta millia. Hujus meminit Philostorgius, licet Arianus, etc. Gregorius, alio Ecclesiæ suæ episcopo in locum suum substituto, ipse ruri vitam monachi egit decessitque decimo tertio Theodosii imp., annos natus amplius XC.

Gregorius, episc. Nyssenus, frater Basilii Cæsaris, eruditissimus et eloquentiæ laude nulli veterum cedens. Eximium librum *Contra Eunomium* scripsit et aliud *De fabricatione hominis*, aliasque homilias plurimas. Item « In Cantica canticorum, In Ecclesiastem, » et « Ad sororem Macrinam, » longam et elegantem orationem de anima. Scripsit et multa alia et admirabile illud « Encomium Stephani, » primi martyris, et « Vitam Gregorii Thaumaturgi. »

Gregorius, qui et Theodorus, Thaumaturgus, Neocæsareæ idem Pontis episcopus, ob Græcarum Latinarumque litterarum studium e Cappadocia adolescens se Berytum et inde Cæsaream Palæstinæ contulit cum fratre Athenodoro. Hos Origenes per quinquennium erudiit et ad fidem Christi paulatim reduxit. Gregorius, in patriam rediturus, Origeni præsentem gratias egit *Oratione panegyrica*, quæ etiamnum exstat, Scripsit et *Metaphrasim et Ecclesiastem*, brevem illam, sed admirabilem : multasque *Epistolas*. Decessit sub Aureliano clarus miraculis, quæ episcopus edidit. — Athenodorus, Gregorii frater, sophista, scripsit « De incarnatione et fide » orationem. »

Gregorius, Hermiæ, philosophi, frater plane dissimilis, supra modum actus et ad quæstiones et disciplinas expeditus, cæteroqui inquietus, etc., (E Damascii Hist. philosophica.)

« Gygis annulus, » de hominibus valde versutis et callidis, etc.

Γυμνασία διαλεκτική. Hujusmodi libros Aristoteles et Theophrastus scripserunt, quibus docent rationem probabiliter in utramque partem disse-

Gymnasium, Sidonius, sophista, imperatoris Constantini temporibus vixit. Scripsit « Declamationes » et « Commentarium in Demosthenem » et alia quædam.

H

Hæresis. Hippobotus dicit, novem esse sectas sive disciplinas philosophorum, « Megaricam, Eretriacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam, Theodorianam, Zenoniam » seu « Stoicam, Academicam et Peripateticam » Cynicæ autem et Eliacæ ac dialecticæ non meminit. Pyrrhoniam non poterit

appellari secta, nulla enim habet dogmata. has secta eclectica introducta est a Alexandrino, qui ex singulis sectis ea, quæ viderentur, eligebat, etc. (Ex Laertio I, segm. 10.)

Harpocras, Ammonio (Hermæ) Nicomedi, Isidoro, Horapollini, Heraclio mo Ægyptius qui Zenonis imp. tempore fra in Horapolline. (Ex Damascio.)

Harpocratio, Argivus, Platonicus philosophi Cæsari familiaris. Scripsit « Commentarium in Platonem libros XXIV, et Dictionum Philosophicorum libros II. »

Harpocratio (Caius), sophista, scripsit « Antiphontis figuris ; De Hyperidis et Leontionibus, » et alia.

Harpocratio (Ælius), sophista, scripsit « quæ oratores ignorasse videntur ; Argumentationum Hyperidis ; Ementitam esse Herodotianam ; De ordinibus militaribus apud Iones, De arte rhetorico ; De formis orationum »

Harpocratio (Valerius), rhetor Alexandrinus scripsit « Lexicon decem oratorum ; » Ἰσοκράτους, sive « Floridorum collectanea »

Hecateus, Abderites, philosophus, qui et Grammaticus cognominatus est, quod grammatico abunde instructus esset. Cui Alexandri Magni successoribus. Scripsit alia de Homeri et Hesiodi poesi.

Hecateus, Hegesandri F., Milesius, vixit sub Darii, qui post Cambysen regnavit (pater et Dionysius Milesius vixit), Olympiade CXXII. Hoc junior fuit Herodotus, et Protogoras et primus historicus scripsit, uti primus Pherecydes (res Pherecydis idem oratione soluta exposuit. Scripturae silai adulterina sunt. (Infra, in *ιστορίαις*.)

Ἡκάτεον. Habebat Theagenes Hecateum, quod, quocumque iret, *conculcator* καπνός, fumus vocabatur. Fuerant et alii *Theagenes*, quorum alter de Homero scripsit, alter mollitiem fuit infamis. Conf. Kusteri not. loci pag. 687.

Hecebolius, sophista CPolitanus, sub Constantino Christianismi se ardore flagrare simulantem

Juliano stolidus ethnicus, post ejus obitum iterum Christianus, πατήσατε με, clamavit, τὸ εὐαγγέλιον ἀναίσθητόν ἐστιν, « conculcate me, fatuum saltem. »

Hegelochus, tragicus histrio, in Euripidis pro γαλήνῃ ὄρω pronuntiavit γαλήνῃ ὄρω. Eadem voce insuavem, perstringit Plato.

Hegemon, Demostheni memoratus pro Cephonte. Unus erat illorum, qui Macedonum partibus favebant et muneribus corrupti credebantur.

Hegemon, Thasius, cognomento Φακί. Ex dramatis Φιλίππου teste Athæo in *Dipnosophistis*, XV, c. 46, pag. 699. V. Kuster, pag. 42, not. II ; et pag. 43, not. I.

Hegesippus, Crobylus cognomento, cujus esse

tur septima Philippica, Demosthenis nomine scripta. Ex ejus dramatibus est Φιλίππικος, ut init Athenæus.

Regias patrem virtute et scientia antecessit et adolescens spem fecit, se Plutarcho (Atheniensi) non inferiorem fore, unde Proclus ipsum ut juvenem non indignum habuit oraculorum Idaicorum auscultatione, etc. (Ex Damascio.) Helenus conscripsit χειρσοκοπικὸν οὐράνισμα. « Dinationem quæ sit per inspectionem manuum. » uti cum expansis et apertis alicujus manibus, insparum rugis conjicimus, eum liberos procreatum esse, vel simile quid.

Heliconius, sophista Byzantinus, scripsit *Comediarum Chronicon* ab Adamo usque ad Theodosium Augustinum, libris decem.

Heliconius, astronomus, scripsit *Apotelesmatica, diosemeis* et multa alia.

Helladius, Alexandrinus, grammaticus, qui sub Theodosio juniore imp. vixit. Scripsit ordine alphabetico. De usu omnis generis vocabulorum; Ἐκφρασιν φιλοτιμίας, Descriptionem ambitionis; Bacchum sive Musam. Descriptionem balnei Constantiani; Laudes imp. Theodosii.

Hellanicus, Mytilenæus, historicus, Andromenis Aristomenis F. vel Scamonis, cui cognominem nomen habuit. Commoratus est cum Herodoto apud Syntam regem, Euripidis et Sophoclis temporibus, sectatusque Hecatæum Milesium, qui vixit tempore belli Persici et paulo ante. (Scripsitque rerum periodum et historia.) Prior pervenit usque ad Perdicæ tempora, obiitque Perperenæ, quæ est regione Lesbi. Scripsit plurima tam prosa quam metrica oratione [quæ Kuster. I, pag. 708, recenset, vel potius addit iis quæ Vossius congesserat.]

Hemiochus, Atheniensis, mediæ comediæ comicus. Ex fabulis ejus sunt Τροχίλος. Ἐπίκλητος. Ἐργόνας. Πολυπράγμων. Θωρόκιον. Πολύευκτος. Ἰλιταίρος. Δις ἑξακτῶμενος. (Fuit et nostra ætate Polyuctus (73), homo nefandus, semivir, Deo insensus, iracundus, Cocyti et Stygis horribilis et periculosus humanæ vitæ partus.)

Hephæstion, Alexandrinus, grammaticus, scripsit *Enchiridion de metris* et μετρικὰ varia, sive quæ ad doctrinam de versibus spectant. Περὶ τῶν ἐν ποιήμασι παραλῶν, « de iis quæ in poematibus turbata sunt. Comitorum dubiorum solutiones. » Et alia plurima. Item *metrorum dimensiones*.

Heraclion, Ægyptius, ex oppido Tilotæ, quod Heracleæ subjectum est, grammaticus. Romæ docuit. Scripsit *Commentarium in Homerum, κατὰ βραψφιδίαν* sive secundum ordinem rhapsodiarum. Item *In Lyricos*, et *De verbis imperativis apud Homerum*.

(73) Non est credibile, quod video quibusdam venisse in mentem, his verbis perstringi a Suida Polyuctum, qui patriarcha CPol. fuit ab a. C. 956, ad 970. FABR. — At tamen I. M. Gesnerus ad Luciani Pseudologista, ab init. tom. III, pag. 161, ed. Reitzii, judicat, a Suida intelligi Polyuctum patriarcham CPolit., quippe cujus ætas accuratissime cum ætate Suidæ, a Kustero constituta, conveniat.

Heraclides, Euphronis F., philosophus, ex Heraclea Ponti: genus retulit ad Damidem, unum ex illis qui coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor et ab ipso, in Siciliam profecto, relictus, ut scholæ præset. Hic draconem aluit, mansuefactumque semper secum habuit, qui etiam inventus in ejus lecto est, cum bene valens cubitum ivisset, sed postea repertus non fuisset. Alii itaque immortalem factum fuisse sibi persuaserunt: alii in puteum se præcipitasse, ut immortalitatem consecutus hominibus videretur. Multa scripsit.

Heraclides, Ponticus, ex Heraclea, urbe Ponti, grammaticus, qui Didymum illum τὸν πᾶν Alexandriæ auscultavit. Hic cum audivisset quoque Aprum

Aristarchi discipulum, qui Romæ celebre nomen habebat et Didymum frequenter perstringebat, *Sapphico* vel *Phalæcio* metro scripsit libros tres explicatu difficiles, multisque dubiis quæstionibus plenos, quos Δέσχας sive *Nugas* inscripsit. Romam his delatis, Apro adversarium se professus, mansit ibi temporibus Claudii et Neronis, ludumque litterarium aperuit. Multa etiam scripsit *Poemata epica*.

Heraclides, Oxyrynchita, philosophus, Serapionis F., cognomine Lembus, vixit sub Ptolemæo VI, scripsitque *Fædus cum Antiocho factum*, item *Philosophica* et alia.

Heraclides, Lycius, sophista, librum composuit quem inscripsit Νικήτης ὁ κεκαθαμένως, *Niceta purgatus*, ignorans se pygmæorum spolia aptare colosso. Conf. Kusteri not. 12, tom. II, pag. 70.

Heraclitus, Blysonis (74) seu Bleutonis vel Horacini F., Ephesius, philosophus physicus, cognomento σκοτεινός, sive *obscurus*. (Confer supra in Δηλίου κολυμβητοῦ.) Hic nullius philosophi discipulus fuit, sed naturæ beneficio et suapte industria ingenium excoluit: quidam tamen tradunt, Xenophanis vel Hippasi, Pythagorici, auditorem fuisse. Vixit Olympiade LXIX, sub Dario, Hystaspis F. Multa scripsit ποιητικῶς. Corpus contemnebat et judicabat κοπρῶν ἐκλεητόταρον, stercore vilis, facileque, aiebat, se naturæ desideriis satisfacere, quandiu Deus corpore ut instrumento uti juberet. Aqua intercutē laborans se medicis non præbuit curandum, sed corpus suum sicut bibulo illitum soli siccandum exposuit. Sic jacentem canes dilacerarunt, vel, ut alii, ipsum obrutum arena periisse contigit.

Heraclius, Romanorum imp. Hic ab Athanasio, Jacobitarum patriarcha, et Sergio Syro (patriarcha) CPolis ad hæresin Monothelitarum pertractus est, etc.

Heraiscus ingenio fuit diviniore, Asclepiades,

HARL. — Pericopem inclusam delevit novissimus Suidæ editor Halensis D. Goth. Beruhardy, quem vide tom. I, p. 857. EDIT. PATR.

(74) Apud Diog. Laert. scribitur Βλόσωνος ἢ (ὡς τινες) Ἡρακλιόντος, apud Suidam vero Βλόσωμος, ἢ Βλεύτωνος. Οἱ δὲ Ἡρακλίου. V. Kuster. II, pag. 72 not. 6. HARL.

Ægyptiorum libris diutius innutritus, theologiæ ipsorum ac sapientiæ peritior. Heriscus simulacra Numine animata a cassis distinguere poterat (supra in διαγνώμων); nam iis conspectis corejus numine agitata compungebatur. Sic cognovit τὸ ἄβήητον ἔγαλμα τοῦ Αἰῶνος, *arcanum simulacrum Æonis*, quod Alexandrini Osiridis et Adonidis simul nomine colunt κατὰ μυστικὴν Θεοκρασίαν. Mulierem menstruatam videnti dolebat caput. Mortuo cum Asclepiadis honores sacerdotibus debitos reddere, et τὰς Ὀσίριδος ἐπι τῷ σώματι περιβολὰς, Osiridis vestibus corpus ejus tegere pararet, confestim luce undique illuminabantur τῶν σινδόνων ἀπόβροχτα διαγράμματα arcanæ sindonum litteræ, et circa ipsum conspiciabantur φαντασμάτων εἴδη θεοπροπῆ, formæ spectrorum divinæ. Fertur ex matris utero prodiisse digitum, silentii indicem, labiis admotum habens quomodo *Ægyptii* fabulantur, natum esse Orum et Solem ante Orum, ita ut sectione ad digitum removendum opus fuerit. Et Heriscus fuit Bacchus, ut somnium indicavit. At Asclepiadis theologiæ patriæ peritissimus, cujus rei documentum sunt *Hymni* quos in *Ægyptiorum* deos conscripsit, item opus, quod scribere instituit *De omnium religionum consensu*. Scripsit etiam opus Ἀγυπτίων ὠγυγίων, *Ægyptiorum vetustissimorum res gestas* et historiam annorum paulo plus triginta millium complectens, etc. Ammonius et Erythræus *Ægyptius* inter se contendebant Byzantii, etc.

Hercules, Alcmenæ F. Hunc tradunt fuisse philosophum, quem pingunt pelle leonia, hoc est prudentia et constantia, amictum, qui clava philosophiæ peremit draconem cupiditatis, et ab ea abstulit tres virtutes, scilicet non irasci, non esse avarum, nec voluptatibus deditum. — Sub Minoe exstitit Hercules, Tyrius, qui purpuræ tincturam invenit, cane maxillas (sanguine conchylii) cruentato; eamque obtulit Phœnici regi, qui primus purpuram gestavit.

Herennius. Philo Byblius, Herennius cognominatus, ut ipse dicit.

Hermagoras, Amphipolitanus, philosophus, Persæi discipulus. Dialogi ipsius sunt, *Misocyon*. Περὶ ἀτυχημάτων, *De infortuniis*, Ἐχχυτόν, ἴσθι δὲ ὠσκοπία, *Effusum* sive *De ovorum inspectione*. Περὶ σοφιστείας, *De arte sophistica* adversus Academicos.

Hermagoras ex Temno, Æoliæ urbe, cognomento Carion, rhetor, scripsit *artem rhetoricam* libris VI, Περὶ ἐπεργασίας, *De elaboratione*. Περὶ πρέποντος, *De decoro*. Περὶ φράσεως, *De elocutione*. Περὶ σχημάτων, *De figuris*. Hic una cum Cæcilio Romæ docuit Cæsaris Augusti temporibus, et ætate protracta obiit.

Hermes, sapiens *Ægyptius*, ante Pharaonem floruit vocatusque fuit *Trismegistus*, quod de Trini-

A tale locutus fuerit, dicens, in Trinitate Deitatem. Ἦν φῶς νοερὸν πρὸς νοεῖν, καὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς καὶ οὐδὲν ἕτερον ἢ ἡμεῖς, καὶ πνεῦμα πάντα περιέχον ἅπασαν Θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία ἄλλη, etc. in Julian.)

Hermias, eunuchus, Atarnæ, regionis Hellespontum præfuit, regi Persarum. Eunuchus cum esset et servus Eubali, Hellenastæ et philosophi, litteris ab Aristoteli lectus, *De anima* scripsit, eamque immortalis docuit. Hic est eunuchus ille, ter venditis amicis, cui filiam suam adoptivam dedit. Sed et ipse, licet θλαδίας, filiam uxore Pythiadem. Scribitur Ἑρμίας, ut Ἰαμβλικοῖς Hipponactis (75): Εὐνοῦχος ὤνομα Ἑρμίας.

Hermias (Ἑρμίας), philosophus, Antiochi Heliodori, magistrorum Damascii, pater, et intimus *Ægypti*, cupidissimi litterarum, Theodotæ, quæ erat mater Isidori philosophi. Huic *Ægypto*, morienti jurejurando affirmavit immortalem, quam fiduciam ipse habebat vitæ integritas. Philosophiam coluit sub Syriano, industria nulli sodalium suorum, in clo quidem, inferior. Licet vero τὰ μὲν ἐπιπέδου ἐνδοξότερος, ἢ κατὰ τὴν ἀκρίβειαν, ab ætate et eloquentiæ perfectione abesset, virtutibus ita sectabatur, ut ne Momus quidem reprehenderet nec invidia ipsa odio eum prosequi posset. **C** erat in illo æquitatis studium, ut, si quilibet librum verbi gratia, venditori minoris habenti quam par esset, justum potius daret.

Hermippus, Atheniensis, comicus et comædiæ, luscus, frater Myrtili comici, cuius fuit XL.

Hermippus, Berytius, ex vico medietatis discipulus Philonis, Byblii, a quo commendatus Herennio Severo sub Hadriano imp. Hic quædam genere libertinus esset, tamen eruditus admodum fuit et multa scripsit.

Hermogenes, Tarsensis, cognomento Σοφιστής, *rasorem* dixeris: sophista, quem Musonius philosophus, et Marcus imp. audivit, vix natum annos ingenii felicitate et doctrina captum ejus ætate longe superante. Annos natus circiter XVIII, scripsit *artem rhetoricam*, quam omnes in manibus habebat. « De statibus causarum librum, De formis orationis libros duos: De Cælesyria libros II. » Et annu ætatis XXIV attigisset, ingenio defecto sui prorsus dissimilis evasit sine ulla manifesta causa aut morbo corporis: unde dictum Ἑρμιπποῦς ὁ ἐν παισὶ γέρον, ἐν δὲ γέρονσι παῖς, *Inter pueros senex et inter senes puer*. De hoc Philostratus Lemnius, etc. Cadavere ejus dissecto cor dicitur

(75) Oportet nomen esse corruptum, vel juniorem Hipponactem intelligi. Nam Hipponax ille antiquus diu ante Hermiam fuit.

um pilis obsitum et communem magnitudi-
nole superasse.

A nolaus, grammaticus Cpolitanus, scripsit
εν θρονίων Stephani grammatici, eamque
ano imp. dedicavit.

B odes Julius, filius Attici, Plutarchi nepos, ge-
sacides, Atheniensis, ex municipio Mara-
, sophista, ob thesaurum (reperitum) valde
adeo ut et stadium et theatrum tecto muni-
.theniensibus condiderit. Ipsius pater Asiæ
it et bis consulatum gessit. Vixit Trajani,
ani et Marci Antonini, imp. temporibus et
inum Polemonemque præceptores habuit.
it Ἐφημερίδας, opus, varia eruditione ple-
item *Epistolas* et *orationes* extemporales,
m meminit Philostratus in *Vitis sophista*.
Ei in schola successit Adrianus, sophista.
mferuntur et multa alia illius scripta, ex
s et ingenii ejus magnitudo, et mentis subli-
perspici potest. Obiit circa LXXVI ætatis
n, tabe confectus.

C odianus, Alexandrinus, grammaticus, Apollo-
rammatici, cognomine Dyscoli, F. Vixit tem-
Marci Antonini imp., quare junior est Diony-
qui musicam historiam conscripsit, et Philone
io. [De ejus operibus multus est Kuster. ad h.
m. II, pag. 78, n. 8.]

D rodotus, Lyxi et Dryonis F., Halicarnasseus,
tri genere natus, fratrem habuit Theodorum.
um migravit propter Lygdamidem, qui post
delim, patrem aviamque Artemisiam tyrannus
carnassi erat. Sami Ionicam dialectum exco-
et *Historiam libris LX* scripsit, auspiciatus a
, Persa, et Candaule, Lydorum rege. Reversus
de Halicarnassum, tyrannum expulit, invidia-
civium tangi se cum sensisset, Thurium, quo
Athenienses coloniam deducebant, ultro con-
it, ubi defunctus et in foro sepultus est. Sunt
en, qui aiunt, Pellæ obiisse. De Herodoto ὁ πα-
τρὴς (Julianus) in epistola: Εἰ τῶ πιστὸς ὁ
ριος εἶναι λογοποιὸς δοκεῖ, « Si cui Thurius ille,
storiæ scriptor, fide dignus esse videtur.

E ron, Cotyos F., Atheniensis, rhetor, qui
ausas, Athenis actas, *scripsit*. Item *Expositio-*
em (orationum) Dinarchi: commentarios in
erodotum, Xenophontem, Thucydidem, *Κεκρι-*
ένων ὀνομάτων selectorum vocabulorum libris
II. Epitomen Heraclidis historiarum; De anti-
quis oratoribus et orationibus, quibus in com-
missionibus vicerunt. Heroni Proclus se com-
sit, viro pio et qui perfecte se comparaverat ad
tutionis rationem Alexandriæ usitatam.

F erophila, quæ et Sibylla Erythræa, Theodori
a. Scripsit versu heroico βέλτα γ' μαντικά, *tres*
inationum libros, et consulum, vel (ut alii tran-
t), Tarquini temporibus Romam venit, sperans
magno sibi quæstui fore. Sed cum contemni se
leret, duos libros cremavit: unus vero servatus
t, quem Romani magno pretio redemerunt.

A Hersilia, nomen proprium. De ea Dionys. Hali-
carn. Antiqq. Rom. lib. II.

Hesiodus, Cumanus, a patre Dio, et matre Py-
cimedea, adolescens translatus est Ascrum, Bœoticiæ
civitatem. Dius filius Ampelidæ, nepos Melanopi,
quem aiunt fuisse avum Homeri avi, ita ut Home-
rus natus sit ex patruale Hesiodi. Utriusque genus
ab Atlante deduci ferunt. Poemata Hesiodi, « Theo-
« gonia. Opera et dies, Clypeus, Heroinarum mulie-
« rum Catalogus libris V, Epicedium in Batrachum,
quem amaverat, De Idæis Dactylis », et alia multa.
Obiit hospitio exceptus ab Antipho et Ctimeno, qui
noctu putantes se sororis suæ stupratorem interfici-
cere, Hesiodum obruncarunt inviti. Homero alii
antiquiorem faciunt, æqualem alii. Porphyrios alii-
que plurimi annis centum juniorem, ut tantum
XXXII annis primam Olympiadem antecesserit.
Adde Kusteri not. 6 et 6, tom. II, pag. 80.

E σπείρος. Parmenides (alii aiunt Phythagoras),
primus deprehendit, eundem esse Vesperum et
Luciferum.

Hesychius Milesius, Hesychii, causicidi, et Sophiæ
F., temporibus Anastasii (et Justiniani) imp., vixit.
Scripsit Ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ἀνο-
μαστῶν, οὗ ἐπιτομή ἐστὶ τοῦτο τὸ βιβλίον, *Nomencla-*
tozem, sive qui liber illius est Epitome, « Indicem
« virorum qui doctrina clari fuerunt. *Item Historiam*
« chronicam, *quam* in sex diastemata (sic enim sin-
gulos libros appellat), distinxit. In his libris conti-
nentur imp. Romanorum res, variis temporibus
gestæ et historia regum ac principum qui singulis
gentibus imperitarunt; item ea quæ Byzantii gesta
sunt usque ad imperium Anastasii, cognomento
Dicori, In Indice sua nullam facit mentionem eccle-
siasticorum doctorum, qui eruditione clari fuerunt,
uthinc suspicari liceat, eum non fuisse Christianum,
sed ethnicorum nugis et vanis studiis addictum.

H ierocles, philosophus Alexandrinus, ingenio et
dicendi facultate excellens, cujus discipulus, Theo-
sebius, aiebat Hieroclem aliquando inter docendum
dixisse, Socratis sermones tesseris esse similes,
ut qui semper erecti stent, quocunque cecidissent,
Hieroclis animum virilem magnumque adversa for-
tuna demonstravit. Cum enim Byzantium profectus,
Christianos, quorum summa potestas erat, offendis-
set, in judicium ductus et verberibus cæsus sangui-
nem, quo manabat, cava manu exceptit, eoque ju-
dicem aspersit dixitque: Κύκλωψ τῆ, πῖ ἴνον, ἵκει
φάγεις ἀνδρόμεα κρέα (Odys. I, 347). « En, Cyclops,
« bibe vinum postquam humanam carnem devoras-
« ti ». Post exsilium inde reversus Alexandriam,
more solito philosophiam discipulis exposuit. Men-
tis ejus sublimitas perspici potest ex *commentariis*
quos scripsit « in aurea carmina Pythagoreorum »,
et pluribus aliis libris *De Providentia*, ex quibus
apparet virum illum animo quidem excelso, sed
scientia minus accurata præditum fuisse.

H ieronymus, tyrannus, de cujus morte (κατὰ
στροφῆ) qui scripserunt, historici multa verba fe-

runt de rebus atrocibus, quæ in ipsius obitu acciderunt ut nec Phalaris, nec Apollodorus, nec unus alius tyrannus fuerit illo acerbior, etc.

Hieronymus, Cardianus, qui *res ad Alexandriam gestas*, τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου, πραχθέντα (Kusterus legit τὰ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, *res Alexandri Magni*), conscripsit. Cardia nomen urbis (in Thracica Chersoneso).

Hilarius, Phryx, sub Joviano imp. vixit, vir non quidem eruditione celebris, sed Deo visum erat, futurorum præscientiam illi impertiri. Itaque præstantissimus vates fuit.

Himerius, Aminia rhetoris F., ex Prusiade, Bithynia civitate, sophista, Juliani imp. temporibus vixit et Athenis Proæresii æmulus fuit, oculosque in senectute amisit. Scripsit *Declamationes*.

Hipparchia, soror Metroclis, Cynici, Maronitis, philosopha Cynica, uxor Cynici Cratetis, qui fuit Atheniensis, discipulus Brysonis, Achæi, vel, ut alii tradunt, Diogenis. Scripsit philosophica quædam, item argumentationes nonnullas et quæstiones ad Theodorum, atheum. Floruit Olympiade CXI. (Confer quæ Suidas in Ἴππα.)

Hipparchion iustus. Duo fuerunt Citharædi, Hipparchion et Rufinus. Cum autem instaret cermen, Hipparchion mutus stetit.

Hipparchus, comicus antiquæ comædiæ. Dramata ejus, de nuptiis.

Hipparchus, Stagirita, philosophus, Aristotelis discipulus et cognatus. Scripsit de masculino et feminino sexu nuptiisque deorum, et alia quædam.

Hipparchus, Nicænsis, philosophus, qui sub consulibus vixit. Scripsit « De Arati phænomenis; « De stellarum inerrantium constitutione et statione; De menstruo lunæ motu secundum latitudinem, et In asterismos ». [Proba est emendatio In asterismos. In Suidæ textu legitur Εἰς τοὺς ἀπλοτοῦς; quæ lectio jure videbatur vitiosa Kustero, at qui, quomodo sanari posset, non reperiebat.]

Ἴππᾶς, *equester ordo*. Solon, qui leges Atheniensibus scripsit, totam eorum multitudinem in quatuor classes distinxit, etc.

Hippias, Diopthis F., Eleus, sophista et philosophus, discipulus Hegesidami, qui summum bonum statuebat ἀτάρακταν. Multa scripsit. — Diversus est Hippias, tyrannus Atheniensis, de quo multus est Suidas.

Hippobotus, philosophus, qui dixit novem esse philosophorum sectas. Vide supra in *Hæresis*.

Hippocrates, Gnosidici F., Cous, pater Heraclidæ, celebris Hippocratis avus, medicus et ipse e familia Asclepiadarum. Scripsit artem medicam.

Hippocrates, Cous, medicus, Heraclidæ F. Hippocratis nepos avo præfertur, sidus quoddam ac lumen medicinæ, quo nihil est vitæ utilius. Ex posteris Chrysi et ejus filii, Elaphi, qui et ipsi fuere medici. Discipulus primum patris, postea Herodici, Selybriani et Gorgiæ, oratoris ac philosophi. Aiunt etiam, adolescentem accessisse ad Democritum Abderitam, alii Prodicum audivisse. Commoratus est

in Macedonia, ubi regi Perdiceæ admodum fuit relictisque duobus filiis, Thessalia obiit anno ætatis CIV, sepultus Larissa. In simulacris et imaginibus caput tur pallio tectum: vel quod hic esset magister propter peregrinandi studium, vel quod chirurgiam exercere soleret. Hic multa apud omnes clarus evasit, adeo ut magnarum rex, Artaxerxes, scriptis ad Hystanum hujus viri sapientiam expetierit. « Res magnus Artaxerxes », etc. Libri Hippocratis medicinæ studiosis sunt notissimi ut oracula divina, ὡς Θεοῦ φωνὴς καὶ οὐκ ἀπροσβόουσας ἐκ στόματος, venerantur. Præterea « jurandum ἀνθρώπων ὑπερβαίνων σίνες » « perat ingenium humanum ». Quartus tenet celeberrimum illud et admirabile viginti librorum sive *Hexecontabiblus*, quod medicam scientiam et sapientiam continet.

Hippocrates, Thessali F., Cous, medicus Hippocratis secundi, filii Heraclidæ. Scripsit ipse medica.

Hippocrates, Draconis F., Cous, medicus Hippocratis secundi nepos, qui Boætarum ravit et sub Cassandro, Antipatri F., vixit. Scripsit et ipse medica.

Hippocrates, quintus et sextus, medicus Thymbræi filii, Coi et ipsi, ejusdemque Scripserunt ambo de eadem scientia.

Hippocrates, septimus, Cous, et ipse Praxianactis F., ejusdemque generis ipse de eadem arte.

Hippolytus. Hic scripsit in propeleas commentarium, et in Proverbia Salomonis.

Hippolytum imitabor, de iis qui castitatem tentur.

Hipponax, Pythææ et Procridis F., Ephesiorum scriptor, qui Clazomenis habitavit, a tyrannis, Athenagora et Coma. Scripsit ludibrium et contumeliæ gratia effluxissent. Nihil primum parodiam et choliambum scripsit, etc. [V. Kuster. tom. II, pag. 148, not. 4, qui Suidæ male transpositum de auctore parodiarum choliambi bene reduxit in suam sedem, suo auctori reddidit inventionem.]

Hippys, Rheginus, historicus, qui tempore bellorum Persicorum vixit et primus *Res Siculæ* scripsit, quas postea Myes rededit in *compendium* « Origines Italiæ; Sicularum rerum libros V; Argolicorum libros V; Argolicorum libros III ».

Ἴστορησαί. Vide supra in *Hecataeus*, ubi eadem de Hecataeo, Pherecyde et Acusilao leguntur.

Homeridæ, qui versus Homericos recitabant familiam hoc aiunt nomen tulisse a poeta Homero. Alii posteros Chiorum, qui in Barchanilibus data invicem δμνηα sive obsides acceptos a poetis et furore quieverunt.

ἡρεῖος λόγος. Ὅμηρῳ, « verbis Homeri utor. » **A** Homeri, poetæ, genere, patria, ætate, etc. plurimum apud Suidam et in Kusteri ad illum notis, tom. 1. pag. 628 seqq. leguntur, qui Vitæ quoque ejus, erodoto historico scriptæ, meminit et ex illa in βῆσιν recitat. Præterea de scriptis ejus habet: Poemata Homeri, quæ a nemine in unum vocantur, sunt *Ilias* et *Odyssea*. Scripsit autem *Iliadem* non simul, neque continua serie, sed admodum nunc est composita, sed ipse singulos libros a se scriptos recitavit, et in urbibus victus quærendi gratia obibat, reliquit. Postea compositi et in ordinem redacti fuerunt a Criticis, præcipue vero a Pisistrato, Atheniensium tyranno. Homero alia etiam quædam poemata tribuitur, ut « Amazonia, Ilias minor, Νόστοι, Ἐπιπέλοισι sive Turdi, Ἡεῖπακτος (*Bentleius legit πεπάκτιον*), sive Iambi, Ranarum et murium gna, Ἀραχνομαχία, sive Araneorum Pugna, Κεκοίαι, Amphiarai, Ἐξέλευσις seu Expeditio, Ἰαλάρια sive Ludicra ac joci; Siciliæ Expugnatio, Epitalamia, Κόκλος sive Poema cyclicum, Hymni Cypria. » His infra ex Herodoto addit Κέρκωπας Ἰαρομαχίαν sive *Sturnorum pugnam*; affertque *grum Caminum* varieque alia Homeri brevissima. Filii Homeri fuere Eriphon et Theolaus et Stasinus, Cyprius, etc.

